

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Sententiarum libri IV**

**Petrus <Paris, Bischof>**

**[Straßburg], um 1475-76 oder: nicht nach 1468**

Incipit liber quartus [de sacramentis]

[urn:nbn:de:bsz:31-319534](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-319534)

**Incipit liber quartus.**

**S**maritanus enim vult  
nerato approprians cu-  
rationi eius sacramen-  
torum alligamenta ad-  
bibunt. quia contra ori-  
gialis peccati & actua-  
lis vulnera. sacramentorum remedia de-  
us instituit. De quibus quatuor primo  
consideranda occurrunt. Quid sit sacra-  
mentum. Quare institutum In quibus  
consistat & conficiatur. & que sit distan-  
tia inter sacramenta veteris & noue legis.

**Quid sit sacramentum.**

**S**acramentum est sacre rei signum  
Dicitur tamen sacramentum eti-  
am sacrum secretum. sicut sacra-  
mentum diuinitatis. ut sacramentum sit  
sacrum signans. & sacrum signatum. sed  
nunc agitur de sacramento secundum quod  
est signum. Item sacramentum est inui-  
sibilis gratie visibilis forma. Signum  
vero est res preter speciem quam ingerit  
sensibus aliquid aliud ex se faciens in  
cognitionem venire. Signorum vero alia  
sunt naturalia. ut fumus significans ig-  
nem. alia data & eorum que data sunt quod  
dam sunt sacramenta quedam non. Om-  
ne enim sacramentum est signum sed non  
e conuerso. sacramentum eius rei simili-  
tudinem gerit cuius signum est. Si enim  
sacramenta non haberent similitudinem  
rerum quarum sacramenta sunt. proprie  
sacramenta non dicerentur. Sacramen-  
tum enim proprie dicitur quod ita sig-  
num est gratie dei. & inuisibilis gratie  
forma. ut ipsius imaginem gerat & cau-  
sa existat. Non ergo significandi tan-  
tum gratia sacramenta instituta sunt  
sed etiam sanctificandi. que enim signifi-  
candi gratia tantum instituta sunt. solum  
signa sunt. & non sacramenta sicut fue-  
runt sacrificia carnalia. & obseruatione ce-  
rimoniale veteris legis. que nunquam  
poterant istos facere offerentes. Quia  
ut ait apostolus. Sanguis hircorum &

et baurorum & cuius vitule aspersus. in-  
quinos sanctificabat ad emundationem  
carnis non anime. Nam inquinatio illa  
erat contactus mortui. unde ambrosius  
Nihil aliud intelligo iniquationem quam  
lex mundat nisi contactus mortui homi-  
nis quem qui tetigerat immundus erat  
septem diebus. sed purificabatur secun-  
dum legem die tercio & septimo. & ita  
mundus erat ut iam intraret in templum  
Mundabat etiam interdum a corporali  
lepra illa legalia sed nunquam ex ope-  
ribus legis aliquis iustificatus est ut ait  
apostolus. etiam si in fide & caritate fie-  
rent. Querit quare quod imposuit ea deus in  
seruitutem. non in iustificationem & ut  
figura futuri essent. volens ergo sibi ipse  
potius offerri ea quam idolis. illa ergo sig-  
na erant. sed tamen & sacramenta. licet  
minus proprie in scripturis sepe vocantur  
Quia signa erant rei sacre quam utique  
non prestabant. Illa autem apostolus  
opera legis dicit que tantum significan-  
di gratia. vel in onus instituta sunt

**Ca. 3<sup>m</sup>**

**De causa institutionis sacramentorum.**

**T**riplici autem de causa sacra-  
menta instituta sunt. propter hu-  
miliationem. eruditionem. exerci-  
tationem. propter humiliationem quidem  
ut dum homo in sensibilibus rebus que  
natura infra ipsum sunt ex precepto cre-  
atoris se reuerendo subicit ut ex hac hu-  
militate & obedientia deo magis place-  
at. & ut apud eum mereatur cuius impe-  
rio salutem querit in inferioribus se. &  
si non ab illis sed per illa a deo. propter  
eruditionem etiam instituta sunt. ut per  
id quod foris in specie visibili. cernitur  
ad inuisibilem virtutem que intus est ag-  
noscendam mens erudiatur. Homo enim  
qui ante peccatum sine medio deum vide-  
bat per peccatum a deo hebit ut neque  
quam diuina nequeat capere non huma-  
nis exercitatus. propter exercitacionem  
similiter instituta sunt. quia cum homo  
ociosus esse non possit. proponitur ei

*est Aug. in q. 84. de lib. arb. c. 1. q. 3. & 4. h. 2. de lib. arb. c. 1. q. 3.*

*apud mag. q. 1. ut ex hoc patet. ut apud mag. q. 1. ut ex hoc patet.*

*in 1. q. 1.*

*ut patet ibi q. 1. ut patet ibi.*

*in 1. q. 1. ut patet ibi.*

*in 1. q. 1. ut patet ibi.*

*in 1. q. 1.*

*ut patet ibi q. 1. ut patet ibi.*

Dei in membris ad dappia  
Dm o. ubi 33. hylia mala  
Socuit octogimo

utilis et salubris exercitatio in sacramen-  
tis qua vanam et noxiam declinet occu-  
pationem. non enim facile capitur a temp-  
tatore qui bono vacat exercitio. Unde  
hic hieronimus monet semper aliquid  
boni operis facito ut te occupatum dya-  
bolus inueniat

**De triplici genere exercitationis.**

**S**unt autem exercitationum tres  
species. una ad edificationem  
anime pertinet. alia ad corpo-  
ris fomentum. alia ad utriusque subuersio-  
nem. Cum igitur absque sacramentis qui-  
bus non alligant potentiam suam de  
homini gratiam donare posset. Predi-  
ctis de causis sacramenta instituit. Quod  
autem sunt in quibus sacramentum con-  
sistit. scilicet verba et res. verba ut inuo-  
catio trinitatis. res ut aqua oleum et huiusmodi

**De differentia sacramentorum veterum  
et nouorum**

**I**tem videre restat distantiam sacra-  
mentorum veterum et nouo-  
rum ut sacramenta vocemus que  
antiquitus res sacras signabant. ut sacri-  
ficia et oblationes et huiusmodi. Eorum  
autem differentiam breuiter augustinus  
assignat dicens. quia illa promittebant  
tantum et signabant. hec autem dant salutem

**De circuncisione.**

**H**ic tamen inter illa sacramen-  
ta sacramentum quoddam. scilicet  
circuncisionis illud confe-  
rens remedium contra peccatum quod  
nunc baptismus. unde Augustinus. Et quo nunc  
instituta est circuncisio in populo dei que  
erat tunc signaculum iusticie fidei ad pur-  
gationem magnis et paruulis originalis  
veterisque peccati. sicut baptismus ex il-  
lo valere cepit ad inuouationem homi-  
nis. ex quo institutus est. Item beda idem  
salutifere curationis auxilium circuncisio  
in lege contra originalis peccati vuln-  
erem agebat. quod baptismus agere reuelate  
gratie tempore consuevit. excepto quod

Ad d. h. c. 2. q. 1. c. 1. h. 2.  
S. 1. q. 1. c. 1. h. 2. q. 1. c. 1. h. 2.  
S. 1. q. 1. c. 1. h. 2. q. 1. c. 1. h. 2.

Ad d. h. c. 2. q. 1. c. 1. h. 2.  
S. 1. q. 1. c. 1. h. 2. q. 1. c. 1. h. 2.  
S. 1. q. 1. c. 1. h. 2. q. 1. c. 1. h. 2.

regni celestis ianuam nondum intrare  
poterant. Tamen in sinu abrahe post  
mortem requie beata consolati superne  
pacis ingressum spe felici expectabant.

**H**is aperte traditur per circuncisionem  
ex quo instituta fuit scilicet remissionem  
peccati originalis et actualis paruulis et  
maioribus a deo prestitam. sicut nunc per  
baptismum datur. *cap. 10.*

**De viris qui fuerunt ante circuncisionem  
et de feminis que fuerunt ante et post.**

**Q**ueritur autem de viris qui fue-  
runt ante circuncisionem. et de  
feminis que fuerunt ante et post  
quod remedium contra peccatum habue-  
runt. Quidam dicunt sacrificia et obla-  
tiones eis valuisse ad remissionem pec-  
cati. Sed melius est dicere illos qui de  
abraham prodierunt per circuncisionem  
iustificatos. mulieres vero per fidem et  
operationem bonam. vel suam si adultere  
erant. vel parentum si paruule. eos ve-  
ro qui fuerunt ante circuncisionem par-  
uulos in fide parentum. parentes vero  
per virtutem sacrificiorum. scilicet quam  
intelligebant spiritualiter in illis sacri-  
ficiis iustificatos. unde gregorius. Quod apud  
nos ualet aqua baptismi hoc egit  
apud ueteres. uel pro paruulis sola fides  
uel pro maioribus virtus sacrificij. uel  
pro his qui ex abrahe stirpe prodierunt  
mysterium circuncisionis.

**De institutione circuncisionis omnis et causa.**

**H**ic dicendum est in quo institu-  
ta fuerit circuncisio. Et quare  
et cur mutata per baptismum  
abraham primus mandatum circuncisio-  
nis habuit ad probationem obedi-  
entie. nec ei sola precepta fuit circuncisio  
sed et semini eius id est omnibus hebreis.  
que fiebat secundum legem octaua die  
lapideo cultro in carne prepuccij. Data  
autem fuit circuncisio pluribus de cau-  
sis. scilicet ut per obedientiam mandati  
abraham placeret deo. cui per preuari-  
cationem adam displicuerat. Data etiam

in signa  
reuerse se  
a certis  
pulis illi  
illa est fi  
m iusticia  
a parentib  
tam que in  
quasi in par  
pimas homo  
obediencie ad  
Quare die es  
Jeh  
rm  
ch  
natura per  
dicitur ab  
circuncisio  
datur a pec  
catis. que  
Quare p. bap  
pro du  
ho per t  
mentum  
et perfectio  
mandatum. J  
nerebant. sed  
ardum adiu  
et augmentu  
fimo. ubi non  
peccata sed  
truncat et  
circuncisio  
qua antea fec  
ne ampliori  
circuncisio  
id est ab  
circuncisio  
non ita in  
peccata iam  
circuncisio  
De peccata defun

fuit in signum magne fidei abrahe qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium. Demum ut hoc signo a ceteris nationibus discerneret populus ille. In carne vero prepuj ideo iussa est fieri circumcisio. quia in remedium instituta est originalis peccati quod a parentibus trahimus per concupiscentiam. que in parte illa magis dominatur. et quia in parte illa culpa inobedientie primus homo sensit. Decuit ut ibi signum obedientie acciperet.

**Quare die octavo. et petri cultro**

**F**ebat autem octava die et petri cultro quia et in resurrectione communis octava die etate futura per petram cristum omnis ab electis abscideretur corruptio. et per christi resurrectionem octava die factam circumciditur a peccatis anima cuiusque in eum credentis. due ergo res sunt illi sacramenta.

**Ca. 8. m.**

**Quare per baptismum mutata sit circumcisio**

**A**deo autem mutata est circumcisio per baptismum quia sacramentum baptismi communius est et perfectius. quia pleniori gratia accumulatum. Ibi enim peccata solum dimittebantur. sed nec gratia ad bene operandum adiutrix. nec virtutis possessio vel augmentum ibi prestabatur ut in baptismo. ubi non tantummodo abolerentur peccata sed etiam gratia adiutrix conferretur. et virtutes augerentur. Unde aqua refectionis vel regenerationis dicitur. quia aridos fecundat. et iam fructificantes ampliori ubertate donat. quia quantumcumque per fidem et caritatem ante habitam aliquis iustus ad baptismum accedit uberiori ibi recipit gratiam. sed non ita in circumcissione. Unde abrahe per fidem iam iustificatus signaculum tantum fuit. nihil ei intus contulit.

**De parvulis defunctis ante die octavum**

**S**vero queritur de parvulis que ante diem octavum moriebantur antequam fiebat circumcisio ex lege. utrum saluarentur vel non. Idem potest responderi quod sentitur de parvulis ante baptismum defunctis. quos perire constat. Unde beda qui nunc per euangelium suum terribiliter et salubriter clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnum dei ipse dudum clamat per suam legem animam cuius prepuj caro circumcisa non fuerit peribit de populo meo. quia pactum meum irritum fecit. forte tamen sub lege ingruente necessitate mortis ante octavum die circumcidebant sine peccato filios sicut modo fit in ecclesia de baptismo.

**De sacramento nove legis. Distinctio Secunda**

**I**tem ad sacramenta nove legis accedamus que sunt baptismus confirmatio panis benedictio. id est eucharistia penitentia. unctio extrema. ordo. coniugium. quorum alia remedium contra peccatum prebent et gratiam adiutricem conferunt. ut baptismus alia in remedium tantum sunt. ut coniugium. alia gratia et virtute nos fulciunt ut eucharistia. et ordo.

**Quare mox post hominis casum non fuerunt instituta.**

**S**vero queritur quare non fuerint hec sacramenta instituta mox post hominis lapsum. cum in his sit iusticia et salus. dicimus quod non ante adventum christi qui gratiam attulit. gratie sacramenta fuisse danda. que ex ipsius morte et passione virtute sortita sunt. Christus autem venire noluit antequam homo de lege naturali. et scripta convinceretur. quod neutra iuvare posset.

**Quod sacramentum coniugii fuit ante petrum.**

**F**uit tamen coniugium ante peccatum institutum. non utique propter remedium. sed ad sacramentum

*h. 2. m. 6. in d. 1. o. 10. 3. magis p. 116*

*h. 2. m. 6. in d. 1. o. 10. 3. magis p. 116*

*o. 1. 1. 2. 1.*

*h. 2. m. 6. in d. 1. o. 10. 3. magis p. 116*

*o. 1. 1. 2. 1.*

*h. 2. m. 6. in d. 1. o. 10. 3. magis p. 116*

*h. 2. m. 6. in d. 1. o. 10. 3. magis p. 116*

*h. 2. m. 6. in d. 1. o. 10. 3. magis p. 116*

*ut parerent deo p̄bolem  
adimplendū eltoz m̄m*

et ad officium post peccatum vero fuit  
ad remediū oīra carnalis concupiscētie  
corruptelā. de quo suo loco tractabim?

**De baptismo. Cap. 13<sup>m</sup>**

**N**unc vero de baptisimi sacramē  
to videamus quod inter noue  
gratie sacramenta primum est  
baptisimum xpi iohannes suo baptismo  
p̄nuntiauit qui primus baptizasse legi  
tur / sed in aqua. non in spiritu. sicut ip̄  
se ait. Ego baptizo vos in aqua id est in  
penitentia. Sola em̄ corpora abluēbat  
a peccatis vero non mundabat. Baptis  
mus vero iohannis erat in penitētiā.  
non in remissionem. baptisimus vero xpi  
in remissionem. Quia iohannes bapti  
zans homines ad penitentiā vocabat.  
et quos baptizabat penitere docebat.  
secundum illud. Veniebant ad iohannē  
in iordanē confitentes peccata sua. S; in  
baptismo iohannis non dabat p̄ctōz  
remissio. que data ē in xpi baptismo.

**Quid virtutis habebat baptisimus iohannis. c. 13<sup>m</sup>**

**A**d quid ergo utilis erat baptis  
mus iohannis / quia homines vsu  
baptizandi preparabat ad bap  
tismum xpi.

**Quare dictus ē baptisimus iohannis**

**S**ed queritur quare dictus est  
baptisimus iohannis. sicut veri  
tas dicit baptisimus iohannis  
vnum ē. quia ibi iohannis operatio tan  
tum visibilis erat exterius lauans. non  
inuisibilis gratia dei virtutis operantis  
interius. Sed tamen et illa iohannis  
operatio a deo erat. et baptisimus ille a  
deo erat non ab hoīe. s; hominis dictus  
ē. q; nihil gerebat qd nō ageret homo

**Si vere fuerit sacramentū baptisimus ille**

**S**ed queritur an sacramentū  
fuerit. satis potest cōcedi ex eo  
sensu quo legalia signa dicunt  
sacramenta. Significabat em̄ baptisimus

iohannis esse rez sacramenti scilicet bap  
tismum xpi qui non tantum ē penitentie  
sed et remissionis peccatorum.

**De forma baptisimi iohannis et de bap  
tizatis ab eo. c. 17<sup>c</sup>**

**N**unc considerandum est si bap  
tizati a iohanne iterum baptizan  
di sunt baptismo xpi. et qua for  
ma verborum vsus sit iohannes. Illi q  
baptizati sunt a iohanne nescientes spi  
ritum sanctum esse ac spem ponentes in il  
lius baptismo / postea baptizati sūt bap  
tismo xpi. baptisimus autem iohannis in  
nomine venturi tradebatur. Unde hie  
romimus super iohelē qui dicit se in cri  
stum credere. et non credit in spiritum  
sanctum / nondum habet claros oculos.  
Unde baptizati a iohāne in nomine v̄  
turi id est domini ihesu / quia dixerunt.  
sed neq; si spiritus sanctus est audiui  
mus. Item baptizabantur. immo verum bap  
tisma accipiebant. illi vero qui spem nō  
posuerunt in baptismo iohannis. et pa  
trem et filium et spiritum sanctum crede  
bant / non post baptizati fuerunt. sed im  
positione manuum ab apostolis super  
eos facta spiritum sanctum receperunt.  
alii vero qui nō ita credebant. baptiza  
ti sunt baptismo xpi vt predictum est.  
unde hieronimus. Qui spiritum sanctum  
nesciebant cum baptismum a iohāne ac  
ceperunt iterum baptizati sunt baptismo  
xpi vt predictum ē. ne quis ex iudeis vel  
gentilibus putaret aquam sine spiritu  
sancto ad salutem posse sufficere. de h̄  
etiam ambrosius. in primo li. de spiritu san  
cto ait. Quidam negauerunt se scire spi  
ritum sanctum cum baptizatos se dicerēt  
baptismo iohannis qui in aduentus  
ihesu / nō in suo baptizauit nomine. Isti  
ergo quia nec in xpi nomine / nec cuz fi  
de spiritus sancti baptizati fuerant / non  
potuerunt accipere baptisimi sacramen  
tum. baptizati sunt ergo in nomine xpi  
nec iteratum est in his sed nouatum.

B

*de p̄ctōz remissio*

*de h̄ etiam ambrosius*

*De forma  
baptisimi  
et de bap  
tizatis ab eo  
c. 17<sup>c</sup>*

hinc dicitur quod per ambrosium dicitur quod non dicitur per se  
 et hinc dicitur quod per ambrosium dicitur quod non dicitur per se  
 et hinc dicitur quod per ambrosium dicitur quod non dicitur per se

Duo 3<sup>a</sup>

**Quid sit baptismus**

**B**aptismus dicitur intinctio id est ablutio corporis exterior facta sub forma verborum prescripta. Si eius ablutio fiat sine verbo non est ibi sacramentum. Sed accedente verbo ad elementum fit sacramentum non utique ipsum elementum fit sacramentum. s; ablutio facta in elemento. Unde ambrosius verbo baptismus consecratur. detrahe verbum et quid est aqua nisi aqua. accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Unde est hec tanta virtus aque. ut corpus tagat et cor abluat. nisi faciente verbo non quia dicitur sed quia creditur. Nam et in ipso verbo aliud est sonus transiens aliud est virtus intus manens. In duobus ergo consistit sacramentum baptismi scilicet in verbo et elemento. ergo et si alia desunt. que ad decorem sacramenti instituta sunt non ideo minus est verum sacramentum et sanctum. si verbum sit ibi et elementum. Nam et in hoc sacramento et in alijs quedam solent fieri ad decorem et honestatem sacramenti quedam ad substantias et causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum et elementum cetera ad solennitatem eius pertinent.

**De forma baptismi**

**S**ed quod est illud verbum quo accedente ad elementum fit sacramentum. veritas te docet que huius sacramenti formam tradens ait discipulis. Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Inuocatio igitur trinitatis verbum dicitur quo baptismus conficitur et hec est forma verborum sub qua traditur baptismus. Unde bonifacio episcopo zacharias papa ait. firmissime preceptum est in synodo anglorum. ut quicumque sine inuocatione trinitatis meris

fuisse. quod sacramentum regenerationis non haberet / quod omnino verum est quod si mersus in fontem baptismi quis fuerit sine inuocatione trinitatis. perfectus christianus non est nisi in nomine patris et filij et spiritus sancti fuerit baptizatus. Legitur tamen in actibus apostolorum apostolos baptizasse in nomine christi sed in hoc nomine ut exponit ambrosius tota trinitas intelligitur. Intelligitur enim cum christum dicis et pater a quo unctus est et ipse qui unctus est. et spiritus sanctus quem unctus est. Unde nicolaus papa ad consulta bulgarorum. Quodam in deo multos baptizatos asseritis et quomodo in te a gendum sit consulitis. Idem profecto si in nomine sancte trinitatis vel in nomine christi sicut in actibus apostolorum legimus baptizetur / baptizati sunt. Unum enim idemque est ut exponit ambrosius

**Si in nomine patris tantum vel spiritus sancti possit tradi baptismus**

**H**ic queritur an baptismus esset verus si diceretur in nomine patris tantum. vel spiritus sancti tantum. ut cum dicitur in nomine christi. Ambrosius videtur dicere quod si fide mysterium trinitatis teneatur et una persona tantum nominetur / plenum est sacramentum et econuerso. Si tres nominentur et non recte de aliquo illorum sentiatur. vacuum fieret mysterium trinitatis. Sit enim sic. ubi non est plenum baptismi sacramentum. nec principium nec species aliqua baptismi estimatur. Plenum autem est si patrem et filium et spiritum sanctum fatearis. Si unum neges totum subrues. et si unum in sermone comprehendas. vel patrem vel filium vel spiritum sanctum. fide autem nec patrem nec filium nec spiritum sanctum abneges. plenum est fidei sacramentum. ita etiam licet patrem et filium et spiritum sanctum dicas. et patris et filij et spiritus sancti minuas potestatem vacuum est omne mysterium. Cum enim dicitur in nomine christi per virtutez nominis

Antonomasia  
 ut videtur  
 et hinc dicitur

Infans

ad hoc dicitur

ad hoc dicitur

ad hoc dicitur

Sicut dicitur in actibus

et hinc dicitur

ad hoc dicitur

impletum est misterium. nec a xpi baptis-  
mate spiritus separatur. quia xpc bap-  
tizavit in spiritu.

**¶ Questio ambrosij.**

**D**unc consideremus. utrum sicut  
in xpi nomine legimus baptismi  
plenum esse sacramentum / ita  
etiam spiritus sancto nuncupato / nihil de-  
sit ad misterij plenitudinem. Rationem  
sequimur qui unum dixerit. trinitatem sig-  
nificavit. Si xpm dicas / et patrem a quo  
unctus est filius. et ipsum qui unctus est  
scilicet filium. et spiritum sanctum a quo unctus  
est designasti. Scriptum est enim hunc ihe-  
sum a nazaret quem unxit deus spiritu san-  
cto. et si patrem dicas. filium eius et spi-  
ritum oris eius pariter indicas / tamen  
id etiam corde comprehendas. si spiritus  
sanctum dicas. deum patrem a quo pro-  
cedit. et filium cuius est spiritus nuncu-  
pasti. Unde ut rationi copuletur auto-  
ritas dominus dicit. Vos autem bap-  
tizabimini in spiritu sancto ex quo indicat  
nos recte posse baptizare in spiritu sancto.

**¶ Prestringit premissorum intelligentia cum  
determinatione.**

**E**x his aperte intellexisti in nomi-  
ne xpi verum baptisma tradi.  
Unde nihilominus insinuari vi-  
detur verum baptisma dari posse in no-  
mine patris tantum vel spiritus sancti.  
Si tamen ille qui baptizat fidei trinitatis  
teneat que trinitas in quolibet horum  
nominum intelligitur. Si autem aliquis  
perverse credens et errorem inducere in-  
tendens unum de tribus tantum nuncu-  
pet. non implevit misterium. quod vero ait  
nominatis tribus vacuum esse misterium  
si baptizans minuat potestatem patris  
vel filij vel spiritus sancti. id est male senti-  
at de potentia alicuius horum. non cre-  
dens unam potentiam trium / intelligen-  
dum est hoc super eum qui non intēdit  
nec credit baptizare qui non tantum ca-  
ret fide sed etiam intentionem baptizandi  
non habet. Qui ergo baptizat in no-

mine xpi. baptizat in nomine trinitatis  
quando ibi intelligitur. tutius est tamen  
tres personas ibi nominare ut dicatur in  
nomine patris et filij et spiritus sancti non  
in nominibus sed in nomine id est in invo-  
catione. vel in confessione patris et filij  
et spiritus sancti. Invoatur enim ibi tota  
trinitas ut invisibiliter ibi operetur per  
se / sicut extra visibiliter per ministerium.  
Si autem dicatur in nominibus. non est  
ibi sacramentum. quia non servatur forma  
baptismi.

**¶ De institutione baptismi.**

**D**e institutione baptismi quando  
ceperit varie sunt estimationes  
alii dicunt tunc esse baptismum in-  
stitutum. cum nichodemus xpc ait. Nisi  
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu san-  
cto etc. alij dicunt institutionem baptismi  
factam cum apostolis dixit. Ite docete  
omnes gentes baptizantes eos in nomine  
patris et filij et spiritus sancti. Sed hoc dixit  
eis post resurrectionem precipiens eis  
de vocacione gentium. quos ante passio-  
nem beros et beros miserat ad predicandum  
in iudea dicens. In viam gentium  
ne abieritis. Jam ergo institutus erat  
baptismus. quod baptizabant simul et pre-  
dicabant.

**¶ De forma in qua baptizaverunt aposto-  
li ante xpi passionem.**

**S**ed vero queritur in qua forma  
tunc baptizaverunt. sane dici po-  
test in nomine trinitatis scilicet  
in ea forma in qua baptizaverunt postea  
gentes que ante passionem. potest intel-  
ligi fuisse tradita. licet non sit scriptum  
non ergo tunc illam formam xpc prius tra-  
didit. cum ad evangelizandum gentibus  
misit. Sed quam ante tradiderat mis-  
tens eos in iudeam / post intrauit cum  
ad gentes misit. Commodius ergo dici-  
tur institutio facta quando xpc a iohan-  
ne baptizatus est in iordane quod dispē-  
savit. non quia mundari voluit cum sine  
peccato fuerit. sed qui contactum munde  
carnis sue vim regeneratiuam contulit

*Notanda de unitate huiusmodi  
in nomine et in effectu.*

*forma  
tradita*

quod ve  
uscato n  
goretur  
mna p  
ibi mo  
  
In quo  
ad roma  
Q  
re  
niti Jo  
pocipit  
locos co  
elmas m  
emundan  
inopia ex  
no vel cle  
na bapoz  
quod aqua  
nate. licet  
legit huc  
testi conse  
  
De immer  
E  
quo  
repe  
no po uari  
de ena um  
responden  
qua in yn  
cie consue  
bus subli  
lenabile est  
tem in bap  
qua et in tr  
trinitate  
gularitas d  
no immer  
ture sacram  
hoc licet no  
mergere tan  
mergere sen  
dne talis ex  
re nupaz vbi  
vel laud tate

aquis. ut qui postea immergeretur in-  
uocato nomine trinitatis a peccatis pur-  
garetur. tunc ergo institutus est baptis-  
mus xpi in quo trinitas cuius misterium  
ibi innotuit interius hominem baptizat.

**In quo tantum fiat. ambrosio. sup. epistolaz  
ad romanos.**

**Q**uebratur autem hoc sacramen-  
tum tamen in aqua non in alio liquore  
ut ait xpc. nisi quis renatus fue-  
rit etc. Ideo uniformiter id fieri in aqua  
precipitur ut intelligatur. quod sicut aqua  
sordes corporis ac vestes abluit. ita bap-  
tismus maculas anime. sordesque vicio-  
rum emundando abstergit. vel ideo ut nullum  
inopia excusaret. quod potest fieri si in vi-  
no vel oleo fieret. et ut communis mate-  
ria baptizandi inueniretur apud omnes  
quod aqua signavit que de latere xpi ma-  
navit. sicut sanguis alterius sacramenti  
signum fuit. Non ergo in alio liquore po-  
test consecrari baptismus nisi in aqua.

**De immersione quomodo fieri debeat.**

**Q**ue immersione vero si queritur  
quomodo fieri debeat precise  
respondemus vel semel vel ter-  
cio pro vario more ecclesie. Unde greg-  
de trina immersione baptismi nihil verius  
respondi potest quam quod vobis sensit  
quia in vna fide nihil officit ecclesie san-  
cte consuetudo diuersa. quia enim in tri-  
bus subsistentiis vna substantia est. Rep-  
rehensibile esse nullatenus potest infan-  
tem in baptismo ter vel semel mergere.  
quia et in tribus mersionibus personarum  
trinitas et in vna potest diuinitatis sin-  
gularitas designari. Nos vero qui ter-  
cio immergimus etiam triduanam sepul-  
ture sacramentum signamus. Secundum  
hoc licet non modo ter sed etiam semel  
mergere tantum. Ibi tamen dumtaxat  
mergere semel licet ubi consuetudo ec-  
clesie talis existit. Si quis vero id face-  
re incipiat ubi consuetudo talis non est  
vel semel tantum mergendum asserat.

reprehensibilem se esse constituit. Unde  
in suo sensu abundabat **Cyprianus** cum  
semel mergebat in baptismo paruulos  
qui quod intelligebat studiose implebat  
bonis operibus abundando. licet in ho-  
nescius delinqueret. Sed quod bonis opi-  
bus abundabat postea correctus a deo  
abundauit altiori sensu. ter illos mergen-  
do. Ecce habemus quia delinquit qui se-  
mel meruit. Sed hoc ideo quia aliter se  
habebat consuetudo illius ecclesie. vel  
quia vnam tantum faciendam mersionem  
asserbat. De trina mersione **augustinus**. ait  
Postquam nos credere promissimus. tercio  
capita nostra in sacro fonte dimersimus  
qui ordo baptizandi duplici misterij sig-  
nificatione celebratur. Recte enim tercio  
mersi estis quia accepistis baptismum in  
nomine trinitatis. Recte enim tercio mer-  
si estis quia accepistis baptismum in no-  
mine xpi. qui die tertia resurrexit a mor-  
tuis. Illa enim tertia repetita immersio.  
tipum dominice exprimit sepulture. Co-  
stat ergo baptizandos tercio debere im-  
mergi. et tamen si semel tantum immer-  
gantur. verum baptismum accipiunt. et  
qui semel immergit tantum. non peccat  
nisi consuetudo ecclesie obsistat. vel ho-  
modo tantum debere fieri asserat

**Quando circumcisio amisit vim suam.**

**S**olet etiam queri si circumcisio  
amisit statum ab institutione bap-  
tismi. Ad quod dicimus in xpi  
morte terminata esse legalia omnia. Et  
tunc ergo circumcisio perdidit vim suam  
ita quod postea non profecerit. sed potius  
obfuit obseruatoribus suis. Sed usque  
ad oblationem vere hostie potuit pro-  
desse. Si enim ante passionem legalia  
finez habuissent non ea imminente vet-  
palca cum discipulis manducasset.

**De causa institutionis.**

**Q**uia vero institutionis bap-  
tismi est inuolutio mentis ut homo  
qui per peccatum vetus fuerat



per gratiam baptismi renouetur. qd sic  
depositione vicioꝝ & collatione virtus  
tum. sic enim fit quisq; nouus homo. cū  
abolitis peccatis ornatur virtutibus. &  
abolitio peccatorum pellit feditatem.  
Propositio virtutum affert decorem. &  
hec est res huius sacramenti scz interior  
mundicia.

**Querit an baptismus aperit celū qd nō  
aperit circumcisio.**

**S** queritur. vtrum baptismus  
aperit celum quod non aperu  
it circumcisio dicimus. quia nec  
baptismus nec circumcisio regni nobis  
aditum aperuit sed hostia saluatoris. q̄  
si tempore circumcisionis oblata fuisset  
illius tēporis hoies in regnū intrassent  
Res ergo huius sacramēti iustificatio ē

**Quid alij suscipiunt sacramentum & rem  
alij sacramentū & non rem. Alij rem & nō  
sacramentum. & t̄m distinctio & t̄m**

**H**ic dicendum est aliquos susci  
pere sacramentum & rem sacra  
menti. aliquos sacramentum &  
non rem. aliquos rem & non sacramen  
tum. Sacramentum & rem simul suscipi  
unt omnes paruuli qui in baptismo ab  
originali peccato mundantur. quamuis  
quidam diffiteant illis qui parituri. par  
uulis in baptismo dimitti peccata. imite  
tes illi verbo auḡ. Sacramenta in solis  
electis efficiunt quod figurant nō intel  
ligentes illud ita esse accipiendum. qz  
cum in alijs efficiant sacramenta remis  
sionem non hoc eis faciunt ad salutem.  
sed solis electis. Nam qz omnibus par  
uulis in baptismo remittatur peccatum  
per baptismum Ambro. euidenter dicit  
A paruulo inquit recenter nato vsq; ad  
decrepitem senem. sicut nullus prohibe  
tur a baptismo. ita nullus ē qui non pec  
cato moriatur in baptismo. sed paruuli  
tantuz originali. maiores vero omnibus  
qui male viuendo addiderunt ad illud  
misi enormitas vite impediāt id ē fictio.  
adulti vero qui nō fictē baptizantur / sa

*Secundum qd dicitur  
quodam et hinc in n. annis  
et qd dicitur qd paruuli in p̄p̄a  
abiciuntur. qd p̄p̄a dicitur*

*Auḡ. c. 38  
Auḡ*

cramentum & rem suscipiunt.

**De fictē accedentibus**

**Q**ui vero sine fide vel fictē acce  
dunt. sacramentum non rem su  
scipiunt. vnde iero. Sunt laua  
tra gentilium hereticorum / sed non la  
uant ad salutem. in ecclesia etiam qui nō  
plena fide accipiunt baptismum nō spiz  
ritum sed aquam suscipiunt. Ambro. eti  
am ait. Iudeis omnibus cōmuna erāt  
sacramēta. sed non communa omnibz  
erat grātia que est virtus sacramento  
rum. Ita & nunc communis est baptis  
mus omnibus baptizatis. sed non virtus  
baptismi id ē ipsa grātia. Itē omis qui iā  
sue voluntatis arbiter constitutus ē cui  
accedit ad sacramentum fidelium non  
peniteat eum veteris vite. nouā non po  
test inchoare ab hac penitencia cū bap  
tizantur soli paruuli immunes sunt. his  
alijsq; testimonijs aperte ostēditur ad  
ultis sine fide & penitencia vera in bap  
tismo non conferri gratiam remissionis  
quia nec paruulis sine fide aliena qui p  
p̄iam habere nequeunt / datur in bap  
tismo remissio. Si quis ergo fictē acce  
dit non habens veram cordis contritio  
nem / sacramentum sine re accipit. Vide  
tur tamen auḡ. dicere qz etiam fictē ac  
cedenti qui etiam habet odium frater  
num in ipso momento quo baptizatur  
omnia condonentur & post baptismum  
moꝝ redeant. sed non hoc asserendo di  
cit. immo hanc op̄mionem & p̄missam  
sententiam conferendo. Quid em̄ sic. Quis  
qui i ficto corde baptizantur aut pecca  
ta nullatenus dimittuntur. quia spiritus  
sanctus discipline effugiet fictuz. aut in  
ipso temporis puncto per vim sacramē  
ti dimissa / iterum per fictionem replican  
tur vt etiam illud verum sit. quot quot  
in xp̄o baptizati estis zc. Etiam illud spi  
ritus sanctus vt induat eum xp̄m sancti  
tas baptismi. exuat eum xp̄z perniciēs fi  
ctiomis. Nam redire dimissa peccata vbi  
fraterna caritas nō est aperte dominus

*De qd dicitur  
in p̄p̄a*

*Auḡ. c. 38*

*Prima h. c. 38  
Auḡ. c. 38  
Auḡ. c. 38*

*similiter*

*Auḡ. c. 38  
Auḡ. c. 38*

*Auḡ. c. 38*

*Auḡ. c. 38*

<sup>mt 18</sup>  
 docet etiam in illo seruo a quo dominus  
 dimissum debitum petijt. quia ille con-  
 seruo dimittere noluit. Sic non impedi-  
 tur baptismi gratia quo minus omnia  
 peccata dimittantur. etiam si fraternus  
 odium in eius cui dimittantur animo p-  
 seuerat. Solutur enim hesternus dies  
 et quodquid superest. et soluitur etiam  
 ipsa hora. momentūq; ante baptismum.  
 et in baptismo. Deinceps autem conti-  
 nuo reus incipit esse non solum sequen-  
 tium sed etiam preteritorum dierum ho-  
 rarum. momentorum. redeuntibus om-  
 nibus que dimissa sunt. Hoc autem vt  
 prediximus non sub assercione dixit. qd  
 ostendit ex eo qd ait in eodem libro sic  
 Si ad baptismū fictus accedit dimissa  
 sūt ei peccata. aut n̄ sunt dimissa eligant  
 quod voluerit. Ecce aperte cernis si ta-  
 men intendis id dixisse aug. non asseren-  
 do sed querendo et aliorum opinionem  
 referendo. Idem em̄ ait. Tunc valere i-  
 cipit ad salutem baptismus cum illa fi-  
 ctio veraci confessione recesserit. que cor-  
 de in malicia perseuerante peccatorum  
 ablutionem non sinebat fieri. non ergo  
 ficto accedenti peccata dimittuntur

**Quomodo intelligatur illo quotquot  
 in xpo baptizati estis xpm induistis**

**Q**ueritur ergo quomodo illud  
 accipiat quotquot in xpo bap-  
 tizati estis xpm induistis. potest  
 dici qd qui in xpo id est in xpi conformi-  
 tate baptizantur scilicet vt moriantur  
 vetustati peccati sicut xpc vetustati pe-  
 ne. induunt xpm quem per gratiaz inha-  
 bitantem habent. potest et aliter solui.  
 duobus em̄ modis xpm induere dicunt  
 vel assumptione sacramenti vel rei per-  
 ceptione. Unde aug. Induunt homines  
 xpm aliquando vsq; ad sacramenti per-  
 ceptionem. aliquando vsq; ad vite san-  
 ctificationem atq; illud primum bonis  
 et malis potest esse commune. hoc autē  
 est proprium bonorum et piorum. Om-

nes ergo qui in xpi nomine baptizantur  
 xpm induunt vel secundum sacramenti  
 pceptionem vel scd; vite sanctificationē

**De illis qui suscipiunt rem et non sacra-  
 mentum.**

**S**unt et alij vt supra posuimus q  
 suscipiunt rem et non sacra-  
 mentum. qui enim effundunt sang-  
 uinem pro nomine ihesu. et si non sacra-  
 mentum. rem tamen accipiunt. vnde au-  
 gustinus. Quicumq; n̄ percepto regenera-  
 tionis lauacro per confessionem xpi mo-  
 riuntur tantum eis valet ad dimitten-  
 da peccata. quātū si abluerentur sacro  
 fonte baptismi. Audistis q; passio pro  
 xpi nomine suscepta supplet vicem bap-  
 tismi.

**Non modo passio sed fides et contri-  
 tio implet vicem baptismi.**

**N**ec tantum passio vicem bap-  
 tismi implet sed etiam fides et cō-  
 tritio vbi necessitas excludit sa-  
 cramentum. sicut aperte docet aug. di-  
 cens. baptismi vicem aliquando implet  
 re passionem. De latrone illo cui n̄ bap-  
 tizato dictum est /hodie mecum eris in  
 paradiso. Beatus ciprianus in li. iij. de  
 baptismo non leue documentūz assumit  
 quod etiam atq; etiam considerans in-  
 uenio non tantum passionem pro nomi-  
 ne xpi id qd baptismo deerat posse sup-  
 plere. sed etiam fidem conuersionemq;  
 cordis si forte ad celebrandum misteri-  
 um baptismi in angustijs temporum suc-  
 curri non potest. Neq; em̄ ille latro pro  
 nomine xpi crucifixus est. sed pro meri-  
 tis facinorūz suorum. nec quia credidit  
 passus ē sed dum patitur credit. Quan-  
 tum ergo valeat baptismus sine etiam  
 visibili sacramento quod ait apostolus

**Corde creditur ad iusticiam. ore autez  
 confessio fit ad salutem. in illo latro-  
 ne declaratum est. sed tūc impletur in-  
 uisibiliter. cum misterium baptismi non  
 contemptus religionis. sed articulus ne-  
 cessitatis excludit. et baptismus quidem**

*De re. It Adplem mōm z de qd. s; iusta volū. iusta cū. It dicitur in  
 pmo dno z p̄latione. Et qd dicitur nullus n̄ fuit qplid mō. It dicitur  
 pmo dno q simul ad xpo nati sunt. et erat uetanus. Et s; suppleuit qd dicit  
 et p̄ volū. Sic in latrone p̄ xpe suppleuit qd dicitur qd dicitur  
 qd latro hant dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur  
 qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur  
 qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur qd dicitur*

*It dicitur in li. iij. de bap. dicitur  
 et bap. m. dicitur*

*It dicitur in li. iij. de bap. dicitur  
 et bap. m. dicitur*

*It dicitur in li. iij. de bap. dicitur  
 et bap. m. dicitur*



ideo contemnendum est. quia contemp-  
 tor eius invisibiliter sanctificari non po-  
 test. **H**inc cornelius et qui cum eo erant  
 iam spiritu sanctificati baptizati sunt nec  
 superflua iudicanda est sanctificatio vi-  
 sibilis. quia invisibilis precessit. Sine visi-  
 bili ergo invisibilis sanctificatio esse po-  
 test et prodesse. visibilis autem que fit  
 sacramento tenus sine invisibili prodes-  
 se non potest. cum ista sit omnis illius  
 utilitas. **S**imoni mago visibilis bap-  
 tismus non profuit. quia invisibiliter non  
 affuit. Sed quibus invisibilis affuit pro-  
 fuit. nec tantum valet fides aliena par-  
 vulo quantum propria adulto. **P**aru-  
 lis enim non sufficit fides ecclesie sine sa-  
 cramento. qui si absque baptismo fuerint  
 defuncti etiam cum deferuntur ad bap-  
 tismum damnabuntur. sicut multis san-  
 ctozum autoritatibus comprobatur. ad  
 quod hoc argumentum **aug.** sufficiat.  
**F**irmissime tene qui vel in utero matris  
 vivere incipiunt et ibi moriuntur. vel de  
 matribus nati sine sacramento baptismi  
 de hoc seculo transeunt / eterno suppli-  
 cio puniendos. quia et si proprie actio-  
 nis peccata non habuerunt. originale tamen  
 peccatum traxerunt carnali conceptioe  
 et sicut parvuli qui sine baptismo mori-  
 untur infidelium ascribuntur numero.  
 ita qui baptizantur fideles dicuntur. qui  
 a fidelium consortio non separantur. **C**um  
 orat ecclesia pro fidelibus defunctis. fi-  
 deles ergo sunt non propter virtutem  
 sed fidei sacramentum. **vnde aug.** **P**ar-  
 vulum et si nondum fides illa que etiam  
 in credentium voluntate consistit. iam  
 tamen fidei ipsius sacramentum id est  
 baptismus fidelem facit. sicut credere  
 respondetur. ita etiam fidelis vocatur  
 non rem ipsam mente annuendo. sed ip-  
 sus rei percipiendo sacramentum

**¶ Quid profit baptismus his qui cum fide  
 accedunt.**

**S**olet etiam queri de illis qui iam  
 sanctificati spiritu eius fide et car-

itate ad baptismum accedunt quid eis  
 conferat baptismus. **N**ihil enim eis vi-  
 detur prestare. cum per fidem et contri-  
 tionem iam remissis peccatis iustificati  
 sunt. **R**ed quod sane dici potest. eos qui  
 dem per fidem et contritionem iustifica-  
 tos id est a macula purgatos peccati  
 et a debito eterne pene absolutos. tamen  
 adhuc teneri videntur satisfactione te-  
 porali qua penitentes ligantur in eccle-  
 sia. **C**um autem baptismum percipiunt  
 et a peccatis siqua interim post conuer-  
 sionem contraxerunt mundantur. et ab  
 exteriori satisfactione absoluuntur. et ad  
 iuxta gratia omnisque virtus in eo augetur  
 ut vere novus homo tunc dici possit. fo-  
 mes quoque peccati in eo amplius debili-  
 tatur. **I**deo **Hieroz** dicit quod fides que fi-  
 deles facit. in aquis baptismi datur vel  
 mittitur. quia non habenti aliquando ibi  
 datur. et iam habenti ut plenius habeat  
 datur. sic et de alijs intelligendum est.  
 qui ergo mundus accedit ibi fit mundi-  
 or. et omni habenti ibi amplius datur.

**¶ Exterior satisfactio admittitur**

**Q**uod vero omnis exterior satis-  
 factio ibi relaxetur **Ambrosius**  
 ostendit super illum locum. sine  
 penitentia sunt dona dei et vocatio di-  
 cens. Gratia dei in baptismo non requi-  
 rit gemitum et planctum vel aliquod or-  
 pus. et omnia gratis condonat quod qui-  
 dem de exteriori gemitu vel planctu ac-  
 cipiendus est. **N**am sine interiori nemo  
 adultus renouatur. sed exteriores satis-  
 factiones et afflictiones scilicet sordes  
 penitentium ibi dimittuntur. **N**ultum  
 ergo confert baptismus etiam iam per  
 fidem iustificato. quia accedens ad bap-  
 tismum quasi ramis a columba portat  
 in archam. ante intus erat iudicio dei.  
 sed nunc etiam iudicio ecclesie intus est  
**C**um vero in baptismo peccatum deleatur  
 et satisfactio exterior non imputetur. que-  
 ritur cur penalitas cui pro peccato ad-  
 dicti sumus non tollatur. hoc id tradunt

*hndley Jobe Sapientia dnd me ius qz indignatio ebalt pnd meid  
 hndley mossa Jobe timores dnd mldat h me pnd nos pndnd hnd vspn  
 ex nptndu zach 1: ada abadalestia mea ex meid  
 su ipa gndu. y a. 28 hnd pla xxv dnt dnt dnt dnt  
 hndley emdi add 4 pndnd mnd mnd 2. Surgite et dicit ad hnd hnd  
 Amozis dnt pnd qz hnd mnd ad hnd vsp dnt ad hnd pndnd  
 pndnd dnt pnd 3e hnd pnd qd dnt dnt ut dnt dnt dnt  
 hnd tangit pnd*  
**¶ Congruum fuit huius penalitas mandatum Boze hnd**

fieri sancti quia si a pena homines per baptismum liberarentur ipsa putarent baptismi esse precium non eternum regnum. Ideo soluto reatu peccati. temporalis pena tantum manet ut illa vita studiosius queratur. que erit a penis omnibus aliena. Ideo etiam manet ut sit fidei et certandi materia et vincendi occasio qui non vinceret si non pugnaret. nec pugnaret si in baptismo fieri immo talis.

**Cuius rei baptismus qui datur iam iusto sit sacramentum**

**S** queritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum qui datur iam iusto. dicimus sacramentum esse rei que precessit. i. remissionis ante per fidem date. et remissionis temporalis pene siue peccati si quod interim committitur. habetur etiam sacramentum et nouitatis ac mundicie ibi preste. omnis etiam rei signum est cuius causa est. nec mireris rem aliquando precedere sacramentum. cum aliquando etiam longe post sequatur ut in illis qui ficte accedunt quibus cum post penituerint incipiet baptismus prodesse in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis quam penitendo habent. sed si nunquam penituerent nec a figmento recederent. cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis susceptus / potest dici rei que ibi fieret. si non illorum enormitas impediret.

**Si paruulis datur in baptismo gratia qua possunt in maiori etate proficere.**

**S** olet etiam queri si paruulis in baptismo datur gratia qua cum tempus habuerint utendi libero arbitrio / possunt velle et currere. De adultis enim qui digne recipiunt sacramentum non ambigitur quin gratiam operantem et cooperantem perceperint que in vacuum eis cedit si per liberum arbitrium post mortaliter deliquerint qui

merito peccati gratiam appositam perdunt. Unde dicuntur contumeliam spiritui sancto facere et ipsum a se fugare. de paruulis vero qui nondum ratione utuntur. questio est an in baptismo receperint gratiam quam ad maiorem venientes etatem / possint velle et operari bonum. Videtur quod non receperint. quia gratia illa caritas est et fides que voluntatem preparat et adiuvat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem et caritatem / si vero gratiam non receperint qua bene operari possint cum fuerint adulti. Non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data nec per illam possunt modo bonum esse nisi alia addatur. que si non addatur non est ex eorum culpa quia iustificati sunt a peccato. Quidam putant gratiam operantem et cooperantem cum etis paruulis in baptismo dari in munere non in usu ut cum ad maiorem venerint etatem / ex munere sortiantur usum nisi per liberum arbitrium usum muneris extinguant peccando. et etiam ita ex culpa eorum est non ex defectu gratie quod mali fuerint qui ex dei munere valentes habere usum bonum per liberum arbitrium renuerunt et usum prauum elegerunt.

**Quinta distinctio quarta**

**Quod baptismus eque sanctus est a bono et a malo datus.**

**E**st hoc sciendum est sacramentum baptismi a bonis et a malis ministris dari sicut a bonis et a malis sumitur. nec melior est baptismus qui per meliorem datur. nec minus bonus qui per minus bonum datur. nec malus qui per malum datur. nec maius munus datur in baptismo dato a malo. sed eque quod non est munus hominis sed dei quod totum subditis declaratur testimonijs Augustini. ait baptismus talis est qualis est ille in cuius potestate datur non qualis est ille per cuius ministerium datur. Item propterea fieri potest ut aliqui verum habeant baptismum et non habeant veram fidem. Item si inter bonos ministros cum sit

alius alio melior non est melior baptismus  
 qui per meliorem datur. Nullo modo ma-  
 lus est qui etiam per malum datur quia  
 idem baptismus datur. et ideo per mini-  
 stros dispares dei munus est equale. quod  
 non illorum sed eius est. Idem cum bap-  
 tizat malus illud quod datum est unum  
 est non impar propter impares ministros sed  
 par et equale propter hoc. hic est qui bap-  
 tizat. Item ego dico et nos dicimus om-  
 nes. quia iustos oportet esse. per quos  
 baptizatur. qui a iustos oportet esse tan-  
 ti iudicis ministros. sunt ministri iusti si  
 volunt. si autem noluerint esse iusti qui se-  
 dent in cathedra moysi securum me fe-  
 cit magister meus scilicet christus de quo spi-  
 ritus sanctus. hic est qui baptizat. Item  
 quos baptizavit iudas christus baptizavit. si  
 quos ergo baptizavit ebriosus homici-  
 da adulter si christi erat baptismus christus bap-  
 tizavit. Non timeo adulterum nec ebrio-  
 sum nec homicidam. quia columba at-  
 tendo per quam mihi dicitur hic est qui  
 baptizat. Item homicida dedit bap-  
 tismum christi quod sacramentum tam sanctum  
 est ut nec homicida ministrante pollua-  
 tur. Item si in heresi quacunq; vel scis-  
 mate quisq; in nomine patris et filii et  
 spiritus sancti baptismi sacramentum ac-  
 ceperit integrum sacramentum accepit  
 sed salutem que virtus est sacramenti  
 non habebit. sed extra ecclesiam catho-  
 licam ipsum sacramentum habuerit. Deb-  
 ergo ad ecclesiam redire non ut sacra-  
 mentum baptismi iterum accipiat quod  
 nemo debet in aliquo repetere sed ut in so-  
 cietate catholicam vitam accipiat. bap-  
 tismus enim extra ecclesiam nequit prodes-  
 se. Ibi enim cuiq; prodesse potest bap-  
 tismus ubi potest prodesse elemosina scilicet  
 in ecclesia. Item isidorus romanus po-  
 tiffex non homines iudicat qui baptizat.  
 sed spiritum dei subministrare gratiam  
 baptismi licet paganus sit qui baptizat  
 In his perspicue cernis baptismum verum  
 bonis et malis dari et a bonis et a malis.  
 et ipsum tamen eque sanctum esse et mu-

nus eius equale in bonis siue a bonis si-  
 ue a malis baptizentur

**De potestate baptismi et ministerio.**

**Q**uia ministerium tantum habet  
 non potestatem baptismi. Po-  
 testatem enim sibi retinuit quam no-  
 uerat iohannes. cum vidit columbam des-  
 cendentem super christum. Unde augustinus. quid  
 nouerat iohannes baptista dominum.  
 quid non nouerat potestatem dominici  
 baptismi in nullum hominem transire  
 a domino. sed ministerium plane transi-  
 turum potestatem a domino in neminem  
 sed ministerium in bonos et in malos.  
 Non exhorreat columba ministerium ma-  
 lorum. respiciat potestatem domini. Quid  
 faciat tibi minister malus. ubi bonus est  
 dominus. Neque qui plantat neque qui ri-  
 gat est aliquid. sed qui incrementum dat  
 deus est. Si superbus fuerit minister cum  
 dyabolo computetur. sed non contami-  
 natur donum christi quod per illum fluit pu-  
 rum est. per lapideum canalem transi-  
 aqua ad areolas in canali lapideo nil ge-  
 neratur. sed ortus fructus plurimos af-  
 fert. habent ergo non modo boni sed etiam  
 mali ministerium baptizandi sed neutri  
 potestatem baptismi. Ministerium enim  
 dedit christus seruis. sed potestatem sibi re-  
 tinuit. quam si vellet poterit seruis dare.  
 ut seruis daret baptismum suum tanquam  
 vice sua. et potestatem suam constituere  
 poterat in aliquo vel in aliquibus seruis  
 suis ut tanta vis esset in baptismo serui  
 quanta est vis in baptismo domini. sed  
 voluit ne seruis in seruo spem poneret.  
 baptizat seruis ut minister. baptizat do-  
 minus tanquam potestatem habens quam  
 si daret seruis ut scilicet ipsorum esset  
 quod domini erat. tot essent baptismi  
 quot serui. Ut sicut dicitur est baptismus  
 iohannis. sic diceretur baptismus petri  
 vel pauli quod ne fieret retinuit sibi do-  
 minus potestatem baptismi. seruis autem  
 ministerium dedit. Si ergo seruus dicit

*petrus dicitur  
 descendit super christum  
 unde augustinus quid  
 nouerat iohannes baptista dominum  
 quid non nouerat potestatem dominici  
 baptismi in nullum hominem transire  
 a domino. sed ministerium plane transi-  
 turum potestatem a domino in neminem  
 sed ministerium in bonos et in malos.  
 Non exhorreat columba ministerium ma-  
 lorum. respiciat potestatem domini. Quid  
 faciat tibi minister malus. ubi bonus est  
 dominus. Neque qui plantat neque qui ri-  
 gat est aliquid. sed qui incrementum dat  
 deus est. Si superbus fuerit minister cum  
 dyabolo computetur. sed non contami-  
 natur donum christi quod per illum fluit pu-  
 rum est. per lapideum canalem transi-  
 aqua ad areolas in canali lapideo nil ge-  
 neratur. sed ortus fructus plurimos af-  
 fert. habent ergo non modo boni sed etiam  
 mali ministerium baptizandi sed neutri  
 potestatem baptismi. Ministerium enim  
 dedit christus seruis. sed potestatem sibi re-  
 tinuit. quam si vellet poterit seruis dare.  
 ut seruis daret baptismum suum tanquam  
 vice sua. et potestatem suam constituere  
 poterat in aliquo vel in aliquibus seruis  
 suis ut tanta vis esset in baptismo serui  
 quanta est vis in baptismo domini. sed  
 voluit ne seruis in seruo spem poneret.  
 baptizat seruis ut minister. baptizat do-  
 minus tanquam potestatem habens quam  
 si daret seruis ut scilicet ipsorum esset  
 quod domini erat. tot essent baptismi  
 quot serui. Ut sicut dicitur est baptismus  
 iohannis. sic diceretur baptismus petri  
 vel pauli quod ne fieret retinuit sibi do-  
 minus potestatem baptismi. seruis autem  
 ministerium dedit.*

*ostendit  
 quod*

se baptizare recte dicit. sed tanq̄ minist-  
ster baptizat. et ideo non differt siue bo-  
nus siue malus baptizet. **I**nde etiam ne-  
mo dicit baptismus meus. cum tamen di-  
cat euangelium meum prudentia mea li-  
cet hec sint a deo i quibus differētia ē.  
alius em̄ alio melius opatur in euange-  
lizando. et alius alio prudentior est. ali-  
o autem magis minusue baptizatus  
siue ab inferiori siue a maiori baptizetur  
dici non potest.

**¶** Que fuit potestas baptismi quā potuit  
xpc dare seruo

**H**ic querit que sit illa potestas  
baptismi quam xpc sibi retinuit  
et potuit dare seruis. hoc est vt  
plurimi volunt potestas dimittendi pec-  
cata in baptismo. sed potestas dimittē-  
di peccata que in deo est deus ē. **I**deo  
alii dicunt hanc potestatem non potuis-  
se dare alicui seruorum. quia nulli potu-  
it dare vt esset quod ipse ē. vel haberet  
essentia quam ipse habet cui hoc ē esse  
quod posse. Dicunt em̄ si hanc poten-  
tiam alicui dare potuit. potuit ei dare  
creaturas creare quia non ē hoc maio-  
ris potentie q̄ illud. **R**ed qd̄ dici potest.  
quia potuit eis dare potentiam dimittē-  
tendi peccata. non ipsam eandem qua ip-  
se potens ē. sed potentiam creatam qua  
seruus posset dimittere peccata. non ta-  
men ut auctor remissionis. sed vt mini-  
ster. nec tamē sine deo auctore. vt sicut  
in ministerio habet exterius sanctificare  
ita in ministerio haberet interius mun-  
dare. et sicut illud facit deo auctore qui  
cum eo operatur illud exterius. ita inte-  
rius mundaret deo auctore. qui eius ver-  
bo velut quodam ministerio vteretur.  
**I**ta etiam posset deus per aliquem crea-  
re aliqua. non per eum tanquā auctorem  
sed ministrum cum quo et in quo opera-  
retur sicut in bonis operibus ipse ope-  
ratur et nos. nec ipse tantum nec nos tā-  
tum. sed ipse nobiscum et in nobis. et ta-

men in illis agendis ministri eius sumus  
non auctores. **I**ta ergo potuit dare ser-  
uo suo potestatem dimittendi peccata  
in baptismo. id ē vt in mundatione inte-  
riori seruus cum domino operaretur nō  
seruus sine domino nec dominus sine ser-  
uo. sed dominus cum seruo et in seruo si-  
cut in exteriori ministerio dominus ope-  
ratur cum seruo et in seruo. **V**nde et domi-  
nus dicit sanctificare et seruum. sed domi-  
nus inuisibili gratia. seruus visibili sacra-  
mento. **V**nde aug. super leuiticum domi-  
nus ait. Ego dominus qui sanctifico. et  
de moysē etiam dicit um est et sanctifica-  
bis eum. sed moyses sanctificat visibili-  
bus sacramentis per ministerium. domi-  
nus autem inuisibili gratia per spiritum  
vbi ē totus fructus visibilium sacramē-  
torum. sine hac sanctificatione visibilia sa-  
cramenta nil prosunt si quis hoc melius  
aperire poterit non inuideo.

**¶** Quibus liceat baptizare.

**N**unc quibus liceat baptizare ad-  
damus. de hoc isidorus ait. **C**ō-  
stat baptismum sacerdotibus  
esse traditum eiusq̄ ministerium nec ip-  
sis opac omnibus implere est licitum. abs-  
q̄ licito episcopo vel p̄bitero. nisi his  
procul absentibus et vltima languoris co-  
gat necessitas. qd̄ etiam laicis fidelibus  
permittitur.

**¶** Ex concilio carthaginensi quinto  
Item mulier quamuis sancta baptizare  
non p̄sumat. nisi necessitate cogente

**¶** Vtrum baptizandi sint qui ab hereticis  
baptizati sunt.

**R**espondetur illis vō qui ab hereticis bap-  
tizantur vtrū rebaptizandi sint  
queri solet. ad quod breuiter di-  
cimus. quia quicumq̄ sit qui baptizet si  
seruetur forma a xpo tradita verū bap-  
tismus dat. et ideo qui illum sumit non  
debet rebaptizari. **V**nde beda siue here-  
ticus siue scismaticus siue facinorosus

quisq; in confessione sancte trinitatis baptisatus. non valet ille qui baptisatus est a bonis catholicis rebaptisari. ne confessione et trinitatis invocatio videat amichilari

**I**tem aug. quous unum sit baptisma etiam hereticorum scilicet eorum qui in nomine patris et filij et spiritus sancti baptizant et ecclesie catholice. tamen qui foris ecclesiam baptizantur. non sumunt ad salutem baptismum. sed ad perniciem. habentes formam sacramenti. virtutem autem eius abnegantes. et ideo ecclesia non eos rebaptizat. quia in nomine trinitatis baptisati sunt. et ipsa est forma sacramenti. **I**tem rebaptizare hereticum quod hec sanctitatis signa perceperit. omnino peccatum est. catholicum vero immamissimum scelus est. **E**x his aperte colligitur quod etiam ab hereticis baptisati sunt. servato caractere christi rebaptizandi non sunt. sed tantum impositione manus reconciliandi ut spiritum sanctum accipiant etiam in signum detestationis hereticorum

**Oppositio quorundam.**

**S**unt tamen nonnulli doctorum ut cyprianus et alij quidam qui dicere videntur ab hereticis non posse iterum baptismum et eos esse rebaptizandos cum veniunt ad ecclesiam qui ab illis dicuntur baptisati. sed hoc de illis verum est qui extra formam ecclesie baptizare presumunt. **C**yprianus tamen ibi a veritate deviasse videtur qui ait de heretico quomodo sanctificare aquam potest cum ipse immundus est et apud quem spiritus sanctus non est. cum dominus dicat in lege. **Q**uecunq; tetigerit immundus immunda erunt quis potest dare quod ipse non habet. **H**oc ergo ex ignorantia eum dixisse. **A**ugustinus insinuat dicens. martirem cyprianum gloriosum qui apud hereticos vel scismaticos datum baptismum nolebat cognoscere dum eos nimis detestaretur tanta eius merita usque ad triumphum martirij secuta sunt. ut et caritatis qua exellebat luce / obumbratio

illa fugaretur. sed siquid purgandum erat / passionis falce tolleret. **N**ec nos qui baptismi veritatem et hereticorum iniquitatem agnoscimus / ideo cypriano meliores sumus. sicut nec petro quod gentes iudicare non cogimus.

**Hieronymus. sup epistolam ad ephesios**

**H**oc etiam sciendum est quod licet iter immergatur propter mysterium trinitatis. tamen unum baptismum reputat.

**Nullus in materno utero baptizatur**

**N**on etiam ignorandum non est quod in materno utero nullus baptizari potest etiam si mater baptizetur. **U**nde psidorus qui in matris uteris sunt. ideo baptizari non possunt quia qui natus adhuc secundum adam non est. secundum christum non potest renasci. neque regeneratio in eum dici potest in quem generatio non precessit. **I**tem augustinus non potest quisquam antequam sit natus renasci. **S**i vero opponitur de ieremia et de iohanne baptista qui ab utero sanctificati leguntur. quod etiam de iacob quidam putant. **D**icimus si sanctificatio ibi accipitur interior emundatio in miraculis diuine potentie esse habendum. **U**n de augustinus ait ambigue sup hoc loquens. **S**i usque adeo inquit in illo puero acceleratus est usus rationis et voluntatis / ut inera materna viscera iam possit agnoscere et credere quod in alijs paruulis expectatur etiam ut possint in miraculis habendum esse diuine potentie. non ad humanum trahendum exemplum nature. **N**am quando voluit deus etiam iumentum locutum est. **I**deo de ieremia legitur. Priusquam exires de vulua sanctificaui te. illa tamen sanctificatio qua efficimur templum dei non nisi renatorum est. **N**isi enim quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum dei. nemo enim renascitur. nisi prius nascatur. **U**nde illa

*Deo*  
*et non sit baptizatus*

*Deo baptizatus*  
*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*

*Deo baptizatus*



li. ad dandum

sanctificatio potest secundum predesti-  
nationem accipi. **E**cce videtur dubitan-  
ter loqui qui etiam in eodem dicit. **N**on  
dictus est quia credidit infans in utero  
sed exultavit. nec elizab; dicit exultavit  
in fide. s; exultavit in utero meo. et po-  
tuit esse hec sanctificatio tante rei a ma-  
iori cognoscente iudiciu non a paruulo  
cognite absq; assertione de hac sanctifi-  
catione loquitur. no diffiniens qualiter  
intelligenda sit illa sanctificatio. an sit sig-  
num future rei. an veritas iustificacōis  
per spiritum facte. sed meli? est ut dica-  
mus illos preter. cōmunem legem in vte-  
ris iustificatos et gratia puentos. di-  
missis omnib; peccatis. qd etiā multis  
sanctorum testimonijs edocetur.

**¶ Si baptismus sit verbis corrupte placis**

Deo d. x. remittit

**Q**ueri etiā solet si corrupte pro-  
ferantur vba illa an baptismus  
sit. d; hoc zacharias papa boni-  
facio scribit. Retulerūt michi et nunciij  
tui q; fuerit sacerdos in eadem puincia  
qui latinaz linguam penitus ignorabat  
et dum baptizaret nescius latinū eloqui  
infringens linguam diceret. baptizo te i  
nomine patria et filia et spiritu sancta. et  
propter hoc considerasti rebaptizare. s;  
si ille qui baptizauit non errorem indu-  
cens vel heresim. sed pro sola ignorātia  
romane locutionis infringendo linguā  
baptizans dixisset. no possumus consen-  
tire vt denuo baptizetur. **P**reterea sciē-  
dum est q; illi de quibus nulla extant iu-  
dicia inter propinquos vel domesticos  
vel vicinos quibus baptizati fuisse doce-  
antur agendum est vt renascātur ne pe-  
reant. in quibus quod no ostenditur ge-  
stum. ratio non sinit vt videatur iteratū  
conferendus est eis qd collatum esse ne-  
scitur. quia non temeritas interuenit p-  
sumptionis vbi est diligentia pietatis.

**¶ De illo qui pro ludo immergitur.**

Leo pp. s. d. n. r. u. u. n. e. n. e. s. e. p. p. o.

Dilectus  
pp. in  
pauca

**Q**uod etiam queri de illo qui io-  
cans sicut mimus commemoza-  
tione tamen trinitatis immergi-  
tur vtrum baptizatus sit. hoc autē **A**u-  
gustinus non diffinit ita inquit. si to-  
tus ludicre et mimice. et ioculariter age-  
retur. **V**trum approbandus esset baptis-  
mus qui sic daretur/ diuinum iudiciuz p-  
alicuius reuelationis miraculum oratio-  
ne implorandum esse censere. **V**idetur  
tamen sapientibus non fuisse baptisma  
vt cum aliqui in balneum vel in flumen  
merguntur in nomine trinitatis. non est  
tamen baptismus quia n̄ intentione bap-  
tizandi illud geritur. **N**am in hoc et i a-  
lijs sacramentis sicut forma est seruanda  
ita et intentio illud celebrandi ē ha-  
benda.

**¶ Augustinus ad bonifacium.**

**U**lud etiam nō te moueat quod  
quidam non ea fide paruulos  
ad baptismum ferunt. vt per spi-  
ritum ad vitam regenerentur eternam.  
sed eos putant hoc remedio tempora-  
lem accipere sanitatem. non em̄ propter  
rea illi non regenerantur. quia nec ab il-  
lis hac intentione offeruntur.

**¶ Leo papa. Agt. d. d. n. q. de b. d. n. e. c. o. l. e. g. i. s. t. p. o. d. i. s.**

**C**ognoscendus est etiam in bap-  
tizandis electis duo tempora es-  
se seruanda id est pascha et pen-  
thecosten. vt i sabato pasce vel penthe-  
costes. baptismi sacramentum celebretur  
qui vero necessitate mortis vel periculi  
urgentur. omni tpe debent baptizari

**¶ De responsione patrinozum.**

**O**ro cuncti ad baptismum ve-  
nientes. fidem suam profiteri  
debent et exponere quid peten-  
dum venerūt ad ecclesiam. **U**nde etiam  
a baptizando queritur. quid venisti ad  
ecclesiam petere/ qui si aduultus est pro  
se respondet. fidem id est sacramentum  
fidei et doctrinam. **I**ta etiam p singula

mensuratus  
re et filiu  
alios est ne  
alios pro co  
paruuli ab  
soluit. loqu  
etiam pro  
proficetur d  
mentibus ag  
qui responde  
non modo  
etiam habet  
De sensu illo  
I  
par  
per  
si esse me  
re petere cur  
habere cum  
nostru fide  
habet post  
re sacramen  
parulus p  
capere. **U**  
ore q; fidem  
non credere  
non effectum  
habere pro  
erere le ad  
sacramentum  
Item de ser  
Et a  
sa po  
do m  
su et in ign  
sacramento  
q; de  
distinguit  
fidei. quon  
alio careat  
ponatur cui  
comparab  
is quod non  
metur qd e

interrogatus respondet se credere in pa-  
trē et filiū et spiritum sanctum. Si autē p-  
uulus est non valens credere vel loqui-  
alius pro eo responderet. **Unde isidorus**  
paruuli alio profitente baptizantur. qui  
adhuc loqui vel credere nesciunt. sicut  
etiam pro egris. mutis. vel surdis. ali-  
profitetur dum baptizatur. Sic et de pe-  
nitentibus agendum est. si vero pro eo  
qui respondere potest. alius respondeat  
non itidem valet sicut dictum est. qui  
etatem habet pro se loquatur.

#### **De sensu illozorum verborum.**

**I**vero queritur ex quo sensu p-  
paruulo dicatur credo. vel fide-  
peto / dicimus de sacramento fi-  
dei id esse intelligendum. quo responde-  
tur petere cum defertur ad ecclesiam et  
habere cum baptizatur. ut sit sensus cū  
dicitur fidem peto id est sacramentum  
fidei presto sum recipere. credo id ē fi-  
dei sacramentum suscipio. quod est hic  
paruulus presto est sacramentum fidei  
accipere. **Unde Aug.** nihil est aliud cre-  
dere / q̄ fidem habere. et ideo cū respon-  
detur credere paruulus qui fidei non-  
dum effectum habet / respondetur fidei  
habere propter fidei sacramentum. et cō-  
uertere se ad deum propter conuersionis sa-  
cramentum

#### **Item de sensu verborum**

**E**t adhuc queritur ex quo sensu  
pro paruulo respondeat cre-  
do in deum patrem. et in hiesus  
xpm. et in spiritum sanctum. **Quid de**  
sacramento fidei. an de fide mentis ibi  
agitur. Si de sacramento cur nominatim  
distinguantur persone. Si vero de fidei  
affectu. quomodo verum est cum eo p-  
uulus careat. **Quod illud** facturus puulus  
spondetur cum creuerit sicut et omnibz  
pompis dyaboli spondetur ab renuncia-  
re. quod si non seruauerit factus adult-  
tenebitur ipse vel sponsor / sane etiam di-

ci potest ibi sponderi pro paruulo. q̄ ad  
maiozem etatē si venerit et pompis dy-  
aboli renuntiabit. et sanam fidem tenebit  
cuius tunc sacramentū recipit. hac autē  
sponsione paruulus pro quo fit tenebitur  
non sponsor. si tamen ut cautio im-  
pleatur. quantum in se est et operam de-  
derit. quia exigitur a patrino ut sit dili-  
gens circa eum pro quo respondit soli-  
citus. **De hoc aug.** certissimam emis-  
stis cautionem qua renuntiare pompis  
dyaboli spondistis.

#### **De cathecismo et exorcismo.**

**I**lla autem interrogatio et respō-  
sio fidei fit in cathecismo cui  
additur exorcismus. ante baptis-  
mum enim fit cathecismus et exorcismus  
post cathecismum sequitur exorcismus  
ut ab eo qui iam fide instructus est. ad-  
uersaria virtus pellatur. exorcismus de  
greco dicitur in latinum adiuratio. **Ca-**  
thecismus instructio. Cathecizare est in-  
struere. ut de simbolo ac rudimentis fi-  
dei. Exorcizare ē adiurare. ut exi ab eo  
spiritus immunde. **Symbolum** est sig-  
num vel collatio. **Signum** quia eo fide-  
les ab infidelibus discernuntur. **Collatio**  
quia ibi totius fidei sufficientia et inte-  
gritas est collata. **Cathecismus** et exor-  
cismus neophitorum sunt magisq̄ sacra-  
mentalia q̄ sacramenta dici debent. **Neo-**  
phiticus nouitius interpretatur vel rudis  
et dicitur neophiticus nuper ad fidem cō-  
uersus vel in disciplina religiose conuer-  
sationis rudis. **Hec ergo** precedunt bap-  
tismum non q̄ sine istis nō possit esse bap-  
tismus. sed ut baptizandus de fide in-  
struat et sciat cui debitor fiat deinceps.  
et ut dyaboli potestas in eo minuatur.  
**Unde rabanus** ante baptismum catheci-  
zandi debet in homine preuenire officium  
ut fidei cathecismus accipiat rudimē-  
tum et sciat cui debitor fiat deinceps.  
**Item aug.** paruuli exufflantur et exorci-  
zantur ut ab eis pellat potestas dyaboli

ne iam contēdat eos subuertere. ne bap-  
tismum consequantur. non ergo in infā-  
tibus creatura dei exufflatur vel exorci-  
zatur / sed dyabolus vt recedat ab hoīe

### **¶ De confirmatione. Septima Distinctio**

**N**unc de sacramento confirma-  
tionis addendum est de cuius  
virtute queri solet. forma enim  
aperta est scz verba que dicit episcop⁹  
cum baptizatos in frontibus sacro sig-  
nat crismate. Quod sacramentum ab  
alijs perfici non potest nisi a summis sa-  
cerdotibus. nec tempus apostolorum  
ab alijs q̄ ab ipsis apostolis legitur p-  
actum. nec ab alijs q̄ qui locum eorum  
tenent perfici potest aut debet. nam si  
aliter presumptum fuerit irrit⁹ habea-  
tur. et vacuum nec inter ecclesiastica re-  
putabitur sacramenta. Licet autem pre-  
sbiterus baptizatos tangere in pectore.  
sed non crismate signare in fronte. Vir-  
tus autem huius sacramēti est donatio  
spiritus sancti ad robur qui in baptismo  
datur est ad remissionem. vnde raban⁹  
a summo sacerdote per impositionem  
manus paracleti traditur baptizato vt  
robozetur per spiritum sanctum ad pre-  
dicandum alijs illud qd̄ ipse in baptismo  
consecutus est. Item omnes fideles p  
manus impositionem episcopozum post  
baptismum accipere debēt spiritum san-  
ctum vt pleni sp̄iam inueniantur. Scito  
te vtunq; esse magnum sacramentum.  
sed vnum maiori veneratione tenend⁹  
sicut a maioribus datur. Ecce maius di-  
cimus sacramentum confirmationis. for-  
te non ob maiorem virtutem vel vtilita-  
tem quā cōferat. sed quia a digniorib⁹  
datur et in digniori parte corporis fig-  
id ē in fronte. vel forte qz maius augmē-  
tum virtutum prestat. licet baptismus  
plus ad remissionem valeat. quod vide-  
tur innuere rabanus dicens. In vinctio-  
ne baptismi spiritum sanctum descēdere  
ad habitationem deo consecrandā. In

bac vero eiusdem septiformem gratiaz  
cum omni plenitudine sanctitatis et vir-  
tutis venire in hominem. Hoc sacramē-  
tum tantum a ieiunijs et ieiunijs tradi de-  
bet sicut et baptismus nisi aliter cogat  
necessitas. Nec d̄ iterari sic nec baptil-  
mus vel ordo. Nulli em̄ sacramento faci-  
enda est iniuria. quod fieri putatur. quā-  
do non iterandum iteratur. sed vtum  
aliqua vel nulla iterari possunt q̄stio ē.  
Nam de baptismo et ordine qz non de-  
beant iterari aperte **Rug. dicit.** Vtrum-  
q; sacramētum est et quadam consecra-  
tione datur. illud quidem cum baptizaz-  
tur. illud vero cum ordinatur. Ideoq;  
in ecclesia catholica vtunq; non licet  
iterari. quia neutri facienda est iniuria.  
qd̄ indubitanter etiam de confirmatio-  
ne tenendum est. De alijs vero vtū ite-  
rari valeant vel debeant postea differe-  
mus.

### **¶ De sacramento altaris Octaua Distinctio**

**P**ost sacramentum baptismi et  
confirmationis sequitur euka-  
ristie sacramentum. Per baptil-  
mum mundamur. per eukaristiam in bo-  
no cōsumamur. baptism⁹ est vis vicioz ex-  
tinguit. eukaristia spiritualiter reficit.  
Vnde excellenter eukaristia dicitur id  
est bonā gratia. quia in hoc sacramēto  
non modo est augmentum virtutis et g-  
tie. sed ille tot⁹ sumitur. qui est fons et  
origo totius gratie. Cuius figura preces-  
sit quando manna pluit deus patribus  
in deserto. qui quotidiano celi pasceban-  
tur alimento. Vnde panem angelozum  
manducauit homo. Sed tunc qui panē  
illum māducauerunt mortui sunt. Iste  
vero panis viuus qui de celo descendit  
vitam mundo tribuit. Manna illud de  
celo. hoc super celus. Illud scaturiebat  
in alteraz diem reseruatum / hoc ab om-  
nicorruptione alienum. quicunq; gustas-  
uerit religiose corruptionem non vide-  
bit. Illud dātum fuit antiquis p̄ trāsi-  
tum maris rubri. vbi submersis egiptijs.

De baptil

xxx

¶ AA

¶ AA

¶ AA

hanc sunt  
na in res  
lo populi  
mificome  
ca celestis  
transfuerit  
die vianci  
reficiens n  
ego in mar  
offio. Ita m  
na copos  
strata sunt  
apud flueru  
tempooma  
omere ven  
locat et irat  
in pascale a  
nans rubri  
nam sacram  
stendit vbi p  
rit. Vnde e  
par ante eni  
i iudeorum  
Confirmatio  
¶ Te en  
da co  
sacram  
vno. Sacram  
quado post  
ingumem fo  
rat. Vnde e  
pas allumpu  
is. et illatur  
ne cere sacra  
ingumem conle  
in per mlti  
tatur i pcedu  
p̄ dvidem ex  
nem. et post  
sibec verba p  
pas et vim m  
ingumem p̄p̄  
tatur. Vnde  
sp̄i loz. confitatu  
no sp̄i resuram  
et cupu sp̄i et vi

liberati sunt hebrei. Ita hoc celeste mā  
 na. n̄ nisi renatis p̄stari debet. Corpalis  
 ille populum antiquum ad terram pro-  
 missionis per desertum eduxit. Hec es-  
 ca celestis fideles huius seculi desertū  
 transeuntes in celo subuehit. Unde re-  
 cte viaticum appellatur. quia in via nos  
 reficiens vsq; in patriā deducit. Sicut  
 ergo in mari rubro figura baptismi pre-  
 cessit. Ita in manna significatio domi-  
 nici corporis. hec duo sacramēta demō-  
 strata sunt. vbi de latere xp̄i sanguis &  
 aqua fluxerunt. quia per sanguinem re-  
 demptionis & aquam ablutionis nos re-  
 dimere venit a dyabolo & a peccato.  
 sicut & israhelitas per sanguinem ag-  
 ni pascalis ab exterminatore. & per aq̄  
 maris rubri ab egyptijs liberauit. Huius  
 etiam sacramenti ritum melchisedech  
 ostendit. vbi panem & vinum abrahe ob-  
 tulit. Unde vt ait Ambrosius intelligi  
 datur anteriora eē sacramēta xp̄ianorū  
 q̄ iudeorum.

**De institutione sacramenti.**

**H**ic etiam ante alia consideran-  
 da occurrunt quatuor. scilicet  
 sacramentum. institutio. forma  
 & res. Sacramentum dominus instituit  
 quando post typicum agnum corpus &  
 sanguinem suum discipulis in cena por-  
 rexit. Unde eusebius emisenus. quia cor-  
 pus assumptum ablaturus erat ab oculis.  
 & illaturus sideribus. necesse erat vt  
 die cene sacramentum nobis corporis &  
 sanguinis consecraret. vt coleretur iugi-  
 ter per misterium quod semel offere-  
 batur i precium. Forma vero est quam  
 ipse ibidem edidit dicens. hoc est corp⁹  
 meum. & post. hic est sanguis meus. Cū  
 em̄ hec verba proferuntur conuersio fit  
 panis & vini in substantiam corporis &  
 sanguinis xp̄i. Reliqua ad laudem dei  
 dicuntur. Unde Ambrosius. Sermone  
 xp̄i hoc conficitur sacramentum. quia sy-  
 mo xp̄i creaturam mutat. & sic ex pane  
 fit corpus xp̄i. & vinum cum aqua i cali-

cem missum fit sanguis consecratione ver-  
 bi celestis. Consecratio quib⁹ fit verbis  
 Attende que sunt verba. Accipite & edi-  
 te ex eo omnes hoc est corpus meum. &  
 iterum. Accipite & bibite ex hoc omnes  
 hic est sanguis meus. Per reliqua om-  
 nia que dicuntur laus deo deferatur. ora-  
 tio premititur pro populo. pro regibus  
 Item aug. credendum est q̄ in verbo  
 xp̄i sacramēta conficiuntur. reliqua om-  
 nia nihil aliud sunt q̄ laudes vel obse-  
 crationes fidelium & petitiones. Ecce q̄  
 fit institutio & forma huius sacramenti.  
 vbi consideratione dignum est. quare il-  
 lud sacramentum post cenam dedit di-  
 scipulis. Dominus igitur hiesus ad inui-  
 sibilia paterne maiestatis migratur⁹ ce-  
 brato cuz discipulis tipico pasca. quod-  
 dam memoziabile eis commendare vos  
 lens. sub specie panis & vini. corp⁹ & san-  
 guinem suum ita eis tradidit vt ostens-  
 deret legis veteris sacramēta inter que  
 precipuum erat agni pascalis sacrificiū  
 in morte sua terminari. ac legis noue sa-  
 cramenta substitui in quibus excellit mi-  
 sterium eukaristie. Ideo etiaz post alia  
 dedit vt hoc vnū artius memorie disci-  
 pulorum infingeretur. & ab ecclesia deim-  
 ceptis frequentaretur. Sed nō exinde di-  
 sciplinam sanxit in posterum. vt post ali-  
 os cibos sumatur. potius a ieiuniis sumi  
 oportet. sicut apostolus docet vt singu-  
 lari reuerentia diiudicetur id est discer-  
 natur ab alijs cibis. quod dominus apo-  
 stolis disponendum reliquit. Unde au-  
 gustinus. Apparet cum primo acceper-  
 runt discipuli eukaristiam non eos acce-  
 pisse ieiunos. Non ideo tamen calumini-  
 andum est vniuersę ecclesię q̄ a ieiuniis  
 sumitur semper. Placuit em̄ spiritui san-  
 cto vt in honore tanti sacramenti prius  
 in os xp̄iani dominicum corpus intrar⁹  
 q̄ alij cibi. Ideoq; vbiq; mos iste ser-  
 uatur. non em̄ quia post cibos dedit do-  
 minus. ideo pransi vel cenati illud acci-  
 pere debent. vt illi faciebant quos apo-  
 stolus redarguit. Nam saluator quo

lib. Synt. 2. c. v. p. 4

alt. d. e. m.

Sumis p. m. 3

li. j. d. m. p. d. m. m. s. 24  
d. p. r. 2. c. 1. p. 10

ad la. p. m. 11

ut 25 m. 12  
ut 22  
Sec. 2. d. 2. 1.

que p. 2  
p. m. 12  
1. 3. 12

ca. 7  
ut 25 m. 12  
ut 22  
Sec. 2. d. 2. 1.

ut 25 m. 12  
ut 22  
Sec. 2. d. 2. 1.

vehementius commēdaret misterij illi? altitudinem. vltimum vero hoc voluit i figere cordibus & memorie discipulorū a quibus ad passionē digressurus erat. Quo autem ordine dinceps sumeretur apostolis per quos ecclesias dispositurus erat reseruauit docendum

#### De sacramento et re.

**N**unc quid ibi sacramentum sit et quid res videamus. Sacramentum ē inuisibilis gratie visibilis forma forma ergo panis vel vini que ibi videtur est sacramentum id est signum sacre rei. quia preter speciem quā ingerit sensibz aliquid aliud facit i cognitionē venire. Tenent ergo species vocabula rerum que ante fuerunt scilicet panis et vini. Huius autem sacramenti gemina est res. vna scilicet contenta et significata. et altera significata & nō cōtenta. Res contenta et significata ē caro xpi quam de virgine traxit. & sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata et non cōtenta est vnitatis ecclesie in p̄destinatis vocatis. iustificatis. et glorificatis. Hec est duplex caro xpi. Vnde iero. dupliciter inquit intelligit̄ caro xpi & sanguis. vel illa que crucifixa est et sepulta. et sanguis qui militis lancea effusus ē. vel illa spiritualis ac diuina. de qua ipe ait. Caro mea vere est cibus. et sanguis meus vere est potus. et nisi manducaueritis carnem meam & biberitis meum sanguinem non habebitis vitam in vobis. Sūt ergo hic tria distinguenda. Vnum quod tantū est sacramentum. alterū quod ē sacramentum et res. et terciū quod est res & non sacramentum. Sacramentum et non res est spēs visibilis panis vel vini. Sacramentū et res caro xpi ppria et sanguis. Res et nō sacramentum mystica eius caro. Porro illa species visibilis sacramentum est gemine rei. q̄ vtrāq; rem signat. et vtriusq; rei similitudinem gerit expressam.

Nam sicut panis preceteris cibis corp⁹ reficit & sustentat. & vinum homines letificat atq; inebriat. Sic caro xpi iterior rem hominem plus ceteris gratis spiritaliter reficit & sagmat. Vnde calix tuus inebrians q̄ preclarus est. habet etiā similitudinem cum re mystica que ē vnitatis fidelium. quia sicut ex multis gramis conficitur vnus panis. & ex pluribus acinis vnus in vnū confluit. sic ex multis fidelium personis vnitatis ecclesiastica constat. Vnde ap̄stolus vnus panis & vnus corpus multi sumus. Vnde aug. vnus panis & vnus corpus ecclesia dicitur. pro eo q̄ sicut vnus panis ex multis gramis. & vnus corpus ex multis membris componitur / sic ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectit̄ hoc misterium pacis & vnitatis nostre xpc in sua mensa consecrauit qui accipit hoc misterium vnitatis. & non tenet vinculum pacis. non accepit hoc misterium pro se sed contra se. Cuius etiam sacramentum est corpus xpi proprium de virgine sumptū. quia vt corpus xpi ex multis membris purissimis & immaculatis constat ita societas ecclesiastica ex multis personis a criminali macula liberis consistit. In cuius rei typo facta est archa domini de lignis sethim. que sunt i putribilia & albe sp̄me similia.

#### De duobus modis manducandi. *Alma 810*

**S**icut due sunt res illius sacramenti ita etiam duo modi manducandi. Vnus sacramentalis scilicet quo boni & mali edunt. Alter spiritalis quo soli boni manducant. Vnde augustinus. Quid est xpm manducare / non hoc solum in sacramento corpus eius accipere. Multi em̄ indigne accipiūt sed in ipso manere & habere ipsum in se manentem. spiritaliter em̄ manducat q̄ in vnitatis xpi & ecclesie quam sacramentum signat manet. Nam qui discordat a xpo nec carnem cristi manducat. nec

*hic dicitur dicitur q̄ hō sacm sumit q̄ p̄sumit  
et dicit q̄ p̄ dicit dicit dicit dicit dicit dicit  
p̄fectio et p̄fectio p̄fectio dicit dicit dicit dicit  
modi sumendi dicitur 2o q̄ dicit dicit dicit dicit  
p̄bat dicit dicit*

*omni signat*  
*Em̄ q̄ dicit dicit dicit dicit dicit dicit dicit dicit  
dicit dicit dicit dicit dicit dicit dicit dicit  
dicit dicit dicit dicit dicit dicit dicit dicit*

*linguam bi  
no cum  
ntuale  
a sacrame  
rem et de  
dere enim  
nem & vni  
cat em̄. J  
o est quom  
arum me  
in me man  
ne & ego m  
ne manet n  
sacramentum  
um. Item  
quem p̄ co  
tripem fier  
tatur. nec ab  
q̄ consoci  
um edat &  
lo in vnit  
lodat la cr  
quando ille  
ignat muer  
corpus & la  
re dicitur q̄  
nos coque  
qui dicitur  
am nō nec  
sacramentum  
acquit.  
De errore  
na carni c*

unde s. i. impud. & dimaducator spuli & fide p. r. i. l. o. aut  
 fidem p. r. i. q. m. e. d. a. t. q. m. a. d. i. m. p. u. d. i. c. i. o. n. e. s. e. r. v. e. d. r.  
 p. m. i. s. t. f. i. d. e. o. r. a. n. t. e. p. d. i. l. e. t. o. s. i. s. a. u. t. q. u. e. m. a. g. i. s. t. r. i. s. p. d. e. g. r. a. d. i. s.  
 p. r. i. s. t. o. s. i. d. e. q. u. e. f. i. d. e. s. p. r. i. m. a. t. i. n. g. e. t. i. o. n. e. s. i. t. q. u. e. p. r. i. m. a. s. u. n. t.  
 p. r. i. s. t. o. s. i. d. e. q. u. e. f. i. d. e. s. p. r. i. m. a. t. i. n. g. e. t. i. o. n. e. s. i. t. q. u. e. p. r. i. m. a. s. u. n. t.  
 p. r. i. s. t. o. s. i. d. e. q. u. e. f. i. d. e. s. p. r. i. m. a. t. i. n. g. e. t. i. o. n. e. s. i. t. q. u. e. p. r. i. m. a. s. u. n. t.

7

sanguine bibit. & si tante rei sacramentū  
 ad iudicium sui quotidie accipiat. Spi-  
 ritualem manducationē aug. distinguit  
 a sacramentali ait. ut quid paras ven-  
 trem et dentē/ crede et manducaſti. Cre-  
 dere enim in eum hoc est comedere pan-  
 nem et vinum. qui credit in eum mandu-  
 cat eum. Itē quō māducandus ē xp̄us  
 id est quomodo ipse dicit qui māducat  
 carnem meam. et bibit sanguinem meus  
 in me manet et ego in eo. Si in me ma-  
 net et ego in eo tunc bibit. qui vero n̄ in  
 me manet nec ego in illo. et si accipit sa-  
 cramentum acquirit sibi magnū tormē-  
 tum. Item nulli ambigendum est tunc  
 quemq; corporis et sanguinis domini p-  
 ticipem fieri quando xp̄i membrum effi-  
 citur. nec alienari ab illius panis calicis  
 q; consortio. etiam si antequam illū pan-  
 nem edat et calicem bibat. de hoc secu-  
 lo in vnitate corporis xp̄i constitut. ab-  
 scedat sacramenti beneficio non p̄uaf  
 quando ille in hoc qd illud sacramentū  
 signat inuenitur. In illo em̄ sacramēto  
 corpus et sanguinem suum nobis com-  
 mendauit. quod et fecit nos ipsos. Naz  
 et nos corpus ipsius facti sumus. Item  
 qui discordat a xp̄o non manducat car-  
 nem eius nec sanguinem. et si tante rei sa-  
 cramentum ad iudicium sibi quotidie  
 acquirit.

**De errore quorundam qui dicunt a bo-  
 mis tantū corpus xp̄i sumi**

**H**ec verba et alia huiusmodi ubi  
 de spiritali manducatione agi-  
 tur. quidam obtuso corde legē-  
 tes erroris caligine inuoluci sunt adeo  
 vt presumpserint dicere corpus et sang-  
 uinem xp̄i. a bonis tantū sumi et non a  
 malis. Sed indubitanter tenendum est  
 a bonis sumi. non modo sacramentali-  
 ter. sed et spiritaliter. A malis vero tā-  
 tum sacramentaliter. id est sub sacramē-  
 to sc; sub specie visibili carnem xp̄i de  
 virgine sumptam et sanguinem pro no-  
 bis solum sumi. sed non mysticam que tā-

tum bonorum est. Quod subditis pro-  
 batur testimonijs Greg. est quidem in  
 peccatoribus et indignis sumentibus ve-  
 ra xp̄i caro et verus sanguis sc; essentia  
 non salubri efficientia. Item aug. multi  
 indigne accipiunt corpus domini. de q;  
 bus apostolus ait. qui manducat et bi-  
 bit calicem domini indigne iudiciū sibi  
 manducat et bibit. Per qd docemur q;  
 sit cauendum male accipere bonum. Ec-  
 ce em̄ factum est malum. dum male ac-  
 cipitur bonum. sicut econtra apostolo  
 factum est bonum. cum bene accipitur  
 malum sc; dum stimulus sathane patiē-  
 ter portatur. ergo et mala profunt bo-  
 nis. sicut angelus sathane paulo et sanz-  
 cta obsunt malis. bonis sunt ad salutez  
 malis ad iudiciū. Unde qui manducat  
 et bibit indigne iudiciū sibi manducat  
 et bibit. non quia res illa mala est. sed q;  
 malus male accipit qd bonum est. Idē  
 indigne quis sumens corpus xp̄i non ef-  
 ficat. vt quia malus est. malum sit quod  
 accipit. vel quia non ad salutem accipit  
 nil accipiat. Corpus em̄ et sanguis do-  
 mini nihilominus erat i illis quibus ait  
 apostolus. qui māducat indigne rē. bis  
 alijsq; pluribus aperte ostenditur / q;  
 etiam a malis verum corpus xp̄i et sang-  
 uis sumitur. sed sacramentaliter nō spi-  
 ritualiter.

**De intelligentia quorundam verborū**

**S**ecundum hos duos modos su-  
 mendī intelligentia quorundā  
 verborū ambigue dictorum  
 distinguenda est. At em̄ augustinus bo-  
 nus accipit sacramentum et rem sacram-  
 ti. malus vero sacramentum et non rem  
 Sacramentum hic dicit corpus xp̄i pro-  
 priū de virgine natum. Rem vero spi-  
 ritualē xp̄i carnem. Bonus ergo verā  
 q; xp̄i carnem accipit. Malus vero tan-  
 tum sacramentum. i. corpus xp̄i sub sa-  
 cramento et non rem spiritalē. Item  
 non māducans māducat. et manducās  
 non manducat. quia non manducans

De li. 3. m. 1.

De falsis em̄.

Indigne dicitur qd est qd aliud est. sed  
 qm̄ est est factū qd ad fidem p̄ntz  
 p̄ntz qd dicitur de p̄ntz qd p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz

De qd sit malus est h̄ sit malus  
 et quomodo p̄ntz

Subi. dicitur. De bonis.

De qd sit malus est h̄ sit malus  
 et quomodo p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz  
 qd dicitur de p̄ntz qd dicitur de p̄ntz

¶ In scriptura dicitur quod dicitur in libro altaris  
atque dicitur quod dicitur in libro altaris  
¶ In scriptura dicitur quod dicitur in libro altaris  
atque dicitur quod dicitur in libro altaris

sacramentaliter aliquando manducat spi-  
ritualiter et econuerso. Et qui mandu-  
cant spiritualiter veritatem carnis et san-  
guinis dicunt sumere. quia ipsa efficiencia  
habent id est remissionem peccatorum  
pro qua videtur orari cum dicitur. Perficiant  
in nobis domine quesumus tua sacra-  
menta quod continent ut quod nunc specie ge-  
rimus reus veritate capiamus. Verum verita-  
tem dicit ipsam efficiencia. quasi per  
hec sacramenta prestat. ut sic sacramentali-  
ter carnem christi sumimus ita spirituali-  
ter sumamus. vel petit sacerdos ut christus  
qui nunc sub specie panis. et vini sumitur  
manifesta visione sicut in essentia diuini-  
tatis est capiatur. Constat ergo a bo-  
nis et a malis sumi corpus christi. sed a bo-  
nis ad salutem. a malis ad perniciem

¶ De heresi aliorum qui dicunt corpus cri-  
sti non esse in altari nisi in signo.

### ¶ Secunda

¶ Vnde item alij precedentium ins-  
ciam transcendentem qui dux  
virtutem iuxta modum natura-  
ralium rerum metientes audacius ac pi-  
culosius veritati contradicunt. asseren-  
tes non esse corpus christi vel sanguinem nec  
substantiam panis vel vini in substantia  
carnis et sanguinis conuerti. sed ita christum  
dixisse hoc est corpus meum. sicut apo-  
stolus dicit. petra erat christus. Dicunt enim  
ibi esse corpus christi tantum in sacra-  
mento id est in signo. et tantum in signo ma-  
ducari a nobis. qui errandi occasionem  
sumunt a verbis veritatis. Vnde prima  
heresis facta est in discipulis christi. Cum  
enim diceret. nisi quis manducauerit car-  
nem meam et biberit sanguinem meum non  
habet vitam eternam. Illi non intelli-  
gentes dixerunt durus est hic sermo.  
quis potest eum audire et abierunt retro  
illis discedentibus instruxit. xij. qui re-  
manerunt. Spiritus est inquit qui uiu-  
ficat. caro nihil prodest verba que locu-  
tus sum vobis spiritus et vita sunt. In-  
tellexisti spiritualiter spiritus et vita sunt

Intellexisti carnaliter sic spiritus et vita sunt  
sed tibi non sunt. Spiritualiter intelli-  
gite que locutus sum. non hoc corpus quod  
videtis manducaturi estis. et bibaturi il-  
lum sanguinem quem fusi sunt qui me  
crucifigent. Sacramentum vobis com-  
mendavi spiritualiter intellectum. uiuifi-  
cabit vos. caro autem non prodest quicquam.  
¶ Sunt etiam et alia illorum insanie fomi-  
tem ministrantia. Sic enim Augustinus.  
donec seculum finiatur sursum est domi-  
nus. sed tamen etiam hic nobiscum est  
veritas domini. Corpus enim in quo resur-  
rexit vno loco esse oportet. veritas autem  
eius ubique diffusa est. Item vna perso-  
na deus et homo. ubique per id quod est de-  
us in celo per id quod est homo est. Christus  
etiam dicit pauperes semper habebitis  
vobiscum me autem non semper habebi-  
tis. his aliisque vtuntur prefati heretici in  
asserione sui erroris.

¶ Determinatio premissorum.

¶ De ex eadem ratione omnia ac-  
cipienda sunt. non enim his nega-  
tur verum corpus christi a fidelibus  
sumi vel in altari esse. sed his veritas a-  
postolos et in eis nos instruxit. Et ipsi  
corpus non per partes disceptum. ut  
putauerunt illi discipuli qui retroierunt  
sed integrum nec visibiliter in forma hu-  
mana sed inuisibiliter sub forma panis  
et vini corpus et sanguinem nobis trade-  
ret. Quem sensus augustinus confirmat dicens  
ipsum quidem et non ipsum corpus quod  
videbatur manducabatur ipsum inuisi-  
biliter non ipsum visibiliter. Item et si  
necesse est illud visibiliter celebrari ne-  
cesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita  
etiam intelligendum est corpus christi esse  
in vno loco scilicet visibiliter in forma  
humana. veritas tamen eius id est diuini-  
tatis ubique est. Veritas etiam eius id est  
verum corpus in omni altari est ubicun-  
que celebratur. Sic etiam illud intelligen-  
dum est. pauperes semper habebitis vo-  
biscum. me autem non semper habebitis.







*De panis et vini substantia*

qui idem corpus de virgine eduxit. sic ergo substantia illa ista sine augmento. nec tamen concedunt quidam quod substantia panis aliquando fit caro christi. et si fiat caro christi. sicut farina facta est panis et aqua facta est vinum. nec tamen dicitur farina est panis. et aqua est vinum. Alij vero concedunt illud quod erat panis vel vinum. post consecrationem esse corpus et sanguinem non tamen sequitur panis est caro christi vel vinum est sanguis. quia substantia panis vel vini postquam facta est caro christi vel sanguis. non est substantia panis vel vini. sed caro et sanguis. Ideo distinguendum videtur cum dicitur. substantia panis vel id quod erat panis modo est corpus christi. Manens enim panis non est corpus christi. sed mutata. id est id quod facta est. est corpus. Nec dicimus substantiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis. quia non de ea ut de materia formatur corpus. sed ipsa formatur in corpus illud et efficitur illud. Unde Augustinus corpus christi dicitur illud quod ex fructibus terre acceptum et prece mystica consecratum sumimus in memoriam dominice passionis. Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur / non sanctificatur. ut sit tam dignum sacramentum nisi operante invisibiliter spiritu dei.

*De panis et vini substantia*

**A**fferunt dictum panem transire in corpus christi.

**Q**uidam vero sic dicunt conversionem illam esse intelligendam ut sub illis accidentibus sub quibus erat prius substantia panis et vini. post consecrationem fit substantia corporis et sanguinis. sic tamen ut non eis afficiatur. et sic asserunt dictum panem transire in corpus christi. quia ubi erat panis nunc est corpus christi. Quod si est. quid ergo fit de substantia panis et vini. Illi dicunt vel in preiacentem materiam resolui. vel in nihilum redigi. Alij vero pu-

*De panis et vini substantia*

tauerunt ibi substantiam panis et vini remanere. et ibidem corpus christi esse et sanguinem. et hac ratione dicit illam substantiam fieri istam. quia ubi est hec et illa. Quod mirum est et ipsam substantiam panis vel vini dicunt esse sacramentum. Sed quod non fit ibi substantia nisi corpus christi et sanguis ex predictis et subditis aperte ostenditur. **N**ec enim Ambrosius. Panem istum quem sumimus in misterio illum intelligo utique qui manu sancti spiritus formatus est in utero virginis. et igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibus hominum. Unde ait. ego sum panis vivus qui de celo descendi. et iterum panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et his namque duabus sententiis aperte datur intelligi. quia panis ille et iste non duo. sed unus panis. et una caro. procul dubio unum efficitur corpus. Illud verum. illud sane. quod sumptum est de virgine. quod resurrexit et in celum ascendit. Item Gregorius. quis fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri in illo christi misterio angelorum choros adesse summa et ima sociari. unum quidem ex invisibilibus atque visibilibus fieri. Idem in eodem momento et in celum rapitur misterio angelorum consociandum corpore christi et ante oculos sacerdotis in altari videtur. sicut divinitas verbi totum implet mundum. ita multis locis illud corpus consecratur. nec sunt tamen multa corpora christi. sed unum corpus et unus sanguis. Ideoque siue plus siue minus quis inde percipiat. Omnes ergo equaliter corpus christi integerime sumunt. Post consecrationem ergo non est ibi substantia panis vel vini licet species remaneant. Est enim ibi species panis et vini sicut et sapor. Unde aliud videtur aliud intelligitur.

*li. secundus*

*De panis et vini substantia*

**Q**uare sub alia specie.

*De re magis fundit ad d. plania  
s. q. p. iudic. d. i. t. i. p. h. d. d.  
E. s. p. i. g. m. d. e. c. o. m. e. s. t. a. d. i. t. u. i.  
d. i. p. l. e. e. d. d. d. i. m. i. q. p. p. r. i. t. i.  
i. q. u. e. l. i. q. u. e. z. t. a. p. d. e. c. e. s. s. i. t.  
v. t. d. i. a. c. o. e. d. e. m. i. n. d. i. p. l. i. t. a. t. e.  
R. s. q. v. t. o. i. d. e. s. t. d. e. s. e. p. e. s. e. l. i. q. u. e.  
v. e. l. i. t. q. p. i. s. s. i. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e.  
p. l. a. c. i. t. a. t. e. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. d. e. q. u. e.  
r. a. p. i. a. t. i. t. a. l. l. u. d. e. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
s. t. u. d. i. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
l. a. z. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
i. t. e. m.*

**S**ub alia aut spe tribus d. causis  
carnem et sanguinem tradidit  
christus. et deinceps sumendum  
instituit ut fides scilicet haberet meri-  
tum que e de his que non videntur. quia  
fides non habet meritum cui humana ra-  
tio prebz experimetur. Et ideo etiam ne ab-  
horreret animus quod cerneret oculus. quod  
non habemus in usu carnes crudas et san-  
guinem comedere. Quia ergo christum vora-  
ri dentibus fas non e in misterio carne  
et sanguinem nobis commendavit. et eti-  
am ideo ne ab incredulis religioni christiana  
ne insultaret. Unde augustinus. Nihil rationa-  
bilis quod ut sanguinis similitudinem sum-  
mamus. ut ita et veritas non desit. et ri-  
diculum nullum fiat a paganis. quod cruo-  
rem occisi hominis bibamus. Ne ergo  
hoc fieret. et ne veluti quidam horroz es-  
set cruoris in similitudinem accipimus  
sacramentum. Et premissis iam liquet  
quare sub alia specie et quare sub ista b.  
sacramentum dominus celebraverit et ce-  
lebrari a nobis instituerit

Quare sub duplici specie

**S**ed quare sub duplici specie su-  
mitur. cum sub alterutra totus  
sit christus. ut ostenderetur totam  
humanam naturam assumpsisse. ut totam  
redimeret. Panis enim ad carnem refertur.  
vinum ad animam. quia vinum operatur  
sanguinem in quo sedes anime a phisicis  
esse dicitur. Ideo ergo in duabus spe-  
ciebus celebratur ut anime et carnis sus-  
ceptio in christo et utriusque liberatio in no-  
bis significetur. Valet enim (ut ambrosius  
ait) ad tuitionem corporis et anime quod  
percipimus. quia caro christi pro salute cor-  
poris. sanguinis vero pro anima nostra  
offertur. Sicut figuravit moyses. ca-  
ro inquit pro corpore vestro offertur.  
sanguis pro anima. sed tamen sub  
utraque specie sumitur ipse totus christus.  
Sed si in altera tantum sumeretur  
ad alterius tantum id est anime vel cor-  
poris.

*De re magis fundit ad d. plania  
s. q. p. iudic. d. i. t. i. p. h. d. d.  
E. s. p. i. g. m. d. e. c. o. m. e. s. t. a. d. i. t. u. i.  
d. i. p. l. e. e. d. d. d. i. m. i. q. p. p. r. i. t. i.  
i. q. u. e. l. i. q. u. e. z. t. a. p. d. e. c. e. s. s. i. t.  
v. t. d. i. a. c. o. e. d. e. m. i. n. d. i. p. l. i. t. a. t. e.  
R. s. q. v. t. o. i. d. e. s. t. d. e. s. e. p. e. s. e. l. i. q. u. e.  
v. e. l. i. t. q. p. i. s. s. i. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e.  
p. l. a. c. i. t. a. t. e. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. d. e. q. u. e.  
r. a. p. i. a. t. i. t. a. l. l. u. d. e. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
s. t. u. d. i. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
l. a. z. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
i. t. e. m.*

*De re magis fundit ad d. plania  
s. q. p. iudic. d. i. t. i. p. h. d. d.  
E. s. p. i. g. m. d. e. c. o. m. e. s. t. a. d. i. t. u. i.  
d. i. p. l. e. e. d. d. d. i. m. i. q. p. p. r. i. t. i.  
i. q. u. e. l. i. q. u. e. z. t. a. p. d. e. c. e. s. s. i. t.  
v. t. d. i. a. c. o. e. d. e. m. i. n. d. i. p. l. i. t. a. t. e.  
R. s. q. v. t. o. i. d. e. s. t. d. e. s. e. p. e. s. e. l. i. q. u. e.  
v. e. l. i. t. q. p. i. s. s. i. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e.  
p. l. a. c. i. t. a. t. e. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. d. e. q. u. e.  
r. a. p. i. a. t. i. t. a. l. l. u. d. e. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
s. t. u. d. i. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
l. a. z. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
i. t. e. m.*

poris non utriusque pariter tuitionem va-  
lere significaretur. Sub utraque specie  
tamen totus sumitur christus. nec plus sub  
utraque. nec minus sub altera tantum su-  
mitur. Eadem enim ratio est. ut ait Ambro-  
sius in corpore christi que in manna pre-  
cessit. de quo dicitur. Qui plus college-  
rat non habuit amplius. nec qui minus pa-  
rauerat habuit minus. Et licet sub utra-  
que specie sumatur totus christus. tamen non  
fit conuersio panis nisi in carnem. nec vi-  
num nisi in sanguinem. Nec debet dici duo  
sacramenta sed vnum. quod sub utraque spe-  
cie idem sumitur. Neque debet iterari sa-  
cramentum. quia benedictio non repeti-  
tur super speciem eandem. Neque alie sub-  
stantie in sacrificium veritatis offerri de-  
bent. quia de alijs non potest consecrari  
corpus christi vel sanguis.

Quare aqua admisceatur.

**A**qua vero admiscenda est vino.  
quia aqua populum signat qui  
per christi passionem redemptus e  
Calix ergo dominicus iuxta canonum pre-  
ceptum aqua et vino mixtus debet offerri.  
quia videmus in aqua populus intel-  
ligi. in vino ostendi sanguinem christi. Cuius  
ergo in calice vino aqua misceatur christo  
populus adunatur. et credentium plebs  
ei in quem credit copulatur. que copula-  
tio aque et vini sic miscetur in calice christi  
ut mixtio illa non possit separari. Nam  
si vinum quis tantum offerat. sanguis  
christi incipit esse sine nobis. Si vero queri-  
tur an irritus sit quod geritur si aqua pre-  
termittatur. Rudi quod sequitur in eodem  
canone. Non potest inquit calix domini  
esse aqua sola aut vinum solum nisi verum  
quod misceatur. Item cyprianus. calix do-  
mini non est aqua sola aut vinum solum  
nisi utrunque misceatur. sicut nec corpus  
domini potest esse farina sola nec aqua  
sola nisi utrunque fuerit adunatum et pa-  
nis vnus compage solidatum. Si quis  
tamen intendens introducere heresim

*De re magis fundit ad d. plania  
s. q. p. iudic. d. i. t. i. p. h. d. d.  
E. s. p. i. g. m. d. e. c. o. m. e. s. t. a. d. i. t. u. i.  
d. i. p. l. e. e. d. d. d. i. m. i. q. p. p. r. i. t. i.  
i. q. u. e. l. i. q. u. e. z. t. a. p. d. e. c. e. s. s. i. t.  
v. t. d. i. a. c. o. e. d. e. m. i. n. d. i. p. l. i. t. a. t. e.  
R. s. q. v. t. o. i. d. e. s. t. d. e. s. e. p. e. s. e. l. i. q. u. e.  
v. e. l. i. t. q. p. i. s. s. i. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e.  
p. l. a. c. i. t. a. t. e. q. u. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. d. e. q. u. e.  
r. a. p. i. a. t. i. t. a. l. l. u. d. e. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
s. t. u. d. i. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
l. a. z. e. p. l. a. c. i. t. a. t. e. s. s. u. i. t. d. e. p. t. i. q. u. e. d. i. c. i. t.  
i. t. e. m.*

oblivione vel ignorantia aquam preter  
 miserit non videtur esse irritum sacram-  
 tum. sed ille graviter est corripendus.  
 Nam et grecorum ecclesia non apponet  
 re aquam dicitur. Quod etiam ex dictis  
 cyprianum videtur posse colligi. Sic enim si  
 quis de antecessoribus nostris vel igno-  
 ranter vel simpliciter non hoc servavit  
 quod nos dominus exemplo et ministerio do-  
 cuit. potest simplicitati eius indulgentia  
 domini venia concedi. Nobis vero  
 non potest ignosci. qui nunc a domino  
 instructi sumus ut calicem domini cum  
 vino mixtum secundum quod dominus ob-  
 tulit offeramus. Et hoc videtur quod si quis  
 simpliciter vel ignoranter vinum offerat  
 sine aqua sacramentum conficiat. Non  
 vero nullatenus sine vino potest offerri  
 in sacrificium. nec panis nisi de frumen-  
 to. nec granum frumenti nisi redactum  
 fuerit in panem. quia Christus et panem se di-  
 cit et grano frumenti se comparat. Quod  
 ergo supra dictum est non posse vinum  
 solum offerri. Determinari oportet. reci-  
 pere enim exceptionem. non potest nisi sim-  
 pliciter vel ignoranter fiat. vel non po-  
 test id est non debet. Quibusdam tamen  
 videtur hoc generaliter verum. Colligi-  
 tur etiam ex predictis quod Christus vinum  
 mixtum dedit discipulis. Corpus vero  
 tale dedit quale tunc habuit id est mor-  
 tale et passibile. Nunc vero sumus a no-  
 bis immortale et impassibile. nec tamen  
 maiorem habet efficientiam. Eucharistia  
 quoque intincta non debet dari populo pro  
 supplemento communione. quia non le-  
 gitur Christus alicui discipulorum prebuisse  
 panem intinctum nisi iude. Tunc vero non  
 accepit iudas corpus Christi sed tantum pa-  
 nem. corpus vero et sanguinem Christi ante  
 cum alijs discipulis perceperat

10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25

subiecto fundentur / potius mihi videtur  
 fatendum existere sine subiecto quam esse in  
 subiecto. quia ibi non est substantia nisi  
 corporis et sanguinis domini que non  
 afficitur illis accidentibus. Non enim cor-  
 pus Christi talem habet in se formam sed que  
 hic in iudicio apparebit. Remanent ergo  
 go accidentia per se subsistentia ad mi-  
 nisterij ritum. ad gustus fideique suffragium  
 quibus corpus Christi habens formam et na-  
 turam suam tegitur

De fractione et partibus. *et de materia panis et vini in sacramento*

**S**olet etiam queri de fractione  
 et partitione que ibi videtur fie-  
 ri utrum vera sit. et si vera frac-  
 tio existat / cuius rei sit / vel in qua re-  
 fiat. Cumque non sit ibi alia substantia quam  
 Christi. si in aliqua substantia est illa fractio  
 in corpore Christi videtur esse. sed econtra  
 cum ipsum corpus incorruptibile sit. que  
 immortale et impassibile in ipso non pos-  
 se esse videtur. Nam et Christus redarguit  
 carnalem sensum discipulorum qui puta-  
 bant carnem Christi sicut aliam in partes di-  
 uidentem et morsibus dilacerandam. Id  
 quibusdam placet quod non sit ibi fractio  
 sicut videtur. sed dicitur frangi quia vi-  
 detur frangi. Quibus obicitur quod ait  
 ambrosius. nihil falsi putandum est in sa-  
 crificio veritatis. sicut fit in magorum  
 stigijs ubi delusione quadam falluntur  
 oculi. ut videant esse quod non est. Sed  
 illi dicunt non fallit nos visus nec fallit  
 quod esset si crederetur ita frangi ut vide-  
 tur. Nec illusio est. quia ad utilitates fi-  
 dei. non ad deceptionem ita fit. sicut et  
 Christus se ostendit duobus discipulis in via  
 in specie peregrini. nec in eo tamen talis  
 forma erat. sed oculi eorum tenebantur  
 ne eum agnoscerent

ut scilicet reddi

et de

per se quod quodammodo

Ubi illa accidentia fundentur.

**S**icutem queritur de acciden-  
 tibus que remanent id est de spe-  
 ciebus et sapore et potestate in qua

*Propter divinam de panis et vini modum et sicut in  
 speciebus et sapore et potestate in qua  
 et de materia panis et vini in sacramento  
 et de materia panis et vini in sacramento  
 et de materia panis et vini in sacramento*

Aliorum opinio.

**A**lij vero dicunt quod sicut ibi speci-  
 es panis est et non est ibi res  
 vel in qua sit illa species / ita est

*Arguitur de materia panis et vini in sacramento  
 et de materia panis et vini in sacramento  
 et de materia panis et vini in sacramento  
 et de materia panis et vini in sacramento  
 et de materia panis et vini in sacramento*

Et hoc dicit quod in adhefione... non autem quod ad... non autem quod ad...

ibi fractio que non fit in aliqua re. quia nichil ibi frangit quod mirabiliter dei potentia fieri dicunt ut ibi fit fractio ubi nichil frangitur.

**Aliorum opinio.**

Uij tradunt corpus christi essentialiter frangi et diuidi. et tamen integrum et incorruptibile existere. quod se colligere asserunt ex confessione berengarij qui confessus est coram nicolao papa et pluribus episcopis panem et uinum que in altari ponuntur post consecrationem non solum sacramentum sed etiam verum corpus et sanguinem christi esse. et sensualiter non solum sacramentum. sed in veritate manibus sacerdotum tractari et frangi. et fidelium dentibus atteri

Ubi non dicitur frangi... sed in veritate manibus sacerdotum tractari et frangi.

**Sententia probabilior.**

Et quia corpus christi incorruptibile est sane dici potest fractio illa et partitio non in substantia corporis. sed in ipsa forma panis sacramentali fieri. ut vera fractio et partitio sit ibi que fit non in substantia corporis sed in sacramento id est in specie. Ne autem mireris vel insultes si accidentia videantur frangi cum ibi sint sine subiecto. licet quidam asserant ea fundari in aere. est ibi vera fractio et partitio que fit in pane id est in forma panis. Unde apostolus ait. panem quem frangimus quia forma panis ibi frangitur et in partes diuidit. christus uero integer manet et totus est in singulis. Unde augustinus. quando christus manducatur uis manducatur. sed quis audeat manducare dominum suum / et tamen ueritas inuitans nos ad manducandum ait qui manducat me uiuit propter me. Nec occiditur christus ut manducetur sed mortuos uiuificat quando manducatur. reficit. non deficit uiuit manducatus quia surrexit occisus. nec quando manducamus partes de illo facimus et quidem in sacramento sic fit. Item norunt fideles quo

1. cor. 10.

1. cor. 10.

modo manducant carnem christi unusquisque ac cipit partem suam. Unde et ipsa gratia partes uocantur. per partes manducatur in sacramento et manet integer totus. propter partes manducatur in sacramento et manet integer totus in celo. manet integer totus in corde tuo. Ideo ista dicuntur sacramenta quia in eis aliud uidetur et aliud intelligitur. uidetur panis et calix quod et oculi renuntiant. quod autem fides postulat instruenda panis est corpus christi. calix est sanguis. Et his satis datur intelligi quod fractio et partes que ibi uidentur fieri in sacramento sunt id est in specie uisibili. Ideoque uerba berengarij ita distinguenda sunt ut sensualiter non modo sacramento sed in ueritate dicatur corpus christi tractari manibus sacerdotum. frangi uero et atteri dentibus uere quidem / sed in sacramento tantum. Vera ergo est ibi attritio et partitio. sed in singulis partibus totus est christus. Unde ieremias. singuli accipiunt partem dominum et in singulis portionibus totus est. nec per singulas minuit. sed integrum se prebet in singulis. Item propheta. ubi pars est corporis est et totum

**Quid ille partes significant.**

Uid autem partes ille significant. sergius papa tradit inquit ens triforame est corpus christi. pro oblate in calicem missa. corpus christi quod iam surrexit. monstrat. pars comesta ambulans adhuc super terram. pars in altari usque ad finem missae remanens corpus iacens in sepulcro. quia usque in finem seculi corpora sanctorum in sepulcris erunt et sicut partes ille mysticam tenent significationem. ita etiam et fractio passionis christi et mortis est representatio. Unde ipse ait. hoc facite in meam commemorationem id est in memoriam passionis et mortis mee. Nam ut ait ambrosius. quia in morte christi liberati sumus. huius in edendo et bibendo carnem et sanguinem memores esse debemus. Sed caueat quisque

ne idem... non est... sed panis... substantia... tione me... nus. In... steriorum... mortale... peccata... ra. ante... bus uel... e sic locu... et non... tualiter... ducit qu...

ne idigne p̄cipiat quia iudiciū māducat  
Non est em̄ iste panis qui vadit i corp̄  
sed panis vite eterne qui anime nostre  
substātia; fulcit. Sic ergo viue vt quo-  
tidie merearis accipe. ne accedas idig-  
nus. Indign⁹ est qui aliter celebrat mi-  
sterium qm̄ xp̄s tradidit. vel qui habēs  
mortale peccatū; accedit. ergo ⁊ si sunt  
peccata quotidiana vel nō sunt mortife-  
ra. anteq̄ accedatis dimitte debitorū;  
bus vestris. si dimittis dimittetur tibi.  
⁊ sic securus accede. panis em̄ salutaris  
est ⁊ non venenum. Si ita accedis spiri-  
tualiter manducas. spiritualiter em̄ mā-  
ducat qui innocentia ad altare portat.

**¶ Si illud sit sacrificium ⁊ si sepius immo-  
letur xp̄c**

Ost hoc queritur si qd̄ gerit sa-  
cerdos p̄prie dicatur sacrificiū;  
vel imolatio ⁊ si xp̄c quotidie  
immoletur vel semel tantum immolat⁹  
sit. Ad h̄ breuiter dici potest illud qd̄  
offeritur ⁊ consecratur a sacerdote vo-  
cari sacrificium ⁊ oblationem. quia me-  
moriam est ⁊ representatio veri sacrifi-  
cij ⁊ sancte immolationis facte i ara cru-  
cis. ⁊ semel xp̄c mortuus i cruce ē. ibi;  
q; immolatus ē i semetipso. Quotidie  
autem immolatur i sacramento quia i  
sacramento recordatio fit illius qd̄ fa-  
ctum est semel. Vnde aug. certum habe-  
mus. quia xp̄c resurgens ex mortuis iaz  
non moritur r̄c. tamen ne obliuiscamur  
quod semel factum ē i memoria nostra  
omni anno fit scz quotiēs pascha celebra-  
tur. Nunquit totiens xp̄c occiditur. sed  
tantum annuerialia recordatio repr̄sen-  
tat qd̄ olim factum ē. ⁊ sic nos facit mo-  
ueri tanq̄ videamus dominum i cruce  
Item semel immolatus ē xp̄c i semet-  
ipso ⁊ tamen quotidie immolatur i sa-  
cramento. quod sic intelligendum ē. qz  
i manifestatione corporis ⁊ distinctio-  
ne membrorum semel tantum i cruce pe-  
pendit offerens se deo patri hostiam re-  
demptionis efficacem. eorum scz quos

predestinauit. **Item ambro⁹.** i xp̄o se-  
mel oblata ē hostia ad salute; potens.  
quid ergo nos. nonne per singulos dies  
offerimus. ⁊ si quotidie offeramus ad  
recordationem mortis eius sit. ⁊ vna ē  
hostia. non multe. Quomodo vna ⁊ nō  
multe. quia semel immolat⁹ ē xp̄c. Hoc  
autem sacramentum exemplum est illi⁹  
Ipsū semper. idipsum offertur. p̄m  
de hic ē sacrificium. alioquin quomam  
i multis locis offertur multi sunt xp̄i.  
non sed vnus vbiq; ē xp̄c. ⁊ hic plen⁹ exi-  
stens ⁊ illic plenus. sicut qd̄ vbiq; offer-  
tur vnum est corpus ita ⁊ vnum sacrifi-  
cium. xp̄c hostiam obtulit. ipsam offeri-  
mus ⁊ nūc. sed quod nos agimus recoz-  
datio est sacrificij. nec causa sue infirmi-  
tatis repetitur. quia perficit hominem.  
sed nostre. qz quotidie peccam⁹. Ex his  
colligitur esse sacrificium ⁊ dici qd̄ agi-  
tur i altari. ⁊ xp̄m semel oblatum. ⁊ qd̄  
tidie offerri. sed aliter tunc aliter nūc  
Et etiam que sit virtus huius sacramē-  
ti ostenditur remissio scz peccatorū; ve-  
malium. ⁊ perfectio virtutis.

**¶ De causa institutionis.**

Institutum est hoc sacramentū  
duabus de causis. In augmen-  
tum virtutis scz caritatis. ⁊ i  
medicinā quottidiane infirmitatis. Vn-  
de ambro. Si quotiens effunditur sang-  
uis xp̄i i remissionem peccatorum effū-  
ditur deo semper accipere. qui semp  
pecco deo semper habere medicina;  
Item aug. Iteratur quotidie hec obla-  
tio licet xp̄c semel sit passus / quia quoti-  
die peccamus peccatis sine quibus mor-  
talis infirmitas viuere nō potest. Et qz  
quotidie labimur quotidie xp̄c mistice  
immolatur p̄ nobis. Dedit em̄ nobis h̄  
sacramentum salutis. vt quia nos quoti-  
die peccamus ⁊ ille iam mori nō potest  
per hoc sacramentum remissionem con-  
sequamur. quotidie omeditur ipse ⁊ bi-  
bitur i veritate. sed integer ⁊ viuus

Aug. Dominicus

Aug. dog. 4

Sum. 7a. q. 74. art. 1. ad 2. ad 2. ad 2.

Prima Dico

manet. Item misterium fidei dicitur quod credere debes quod ibi salus nostra consistit. Si autem queratur utrum quotidie communicandus sit. audi quid inde tradit Augustinus. Quotidie inquit eucharistiam accipere nec laudo nec vitupero. omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est gravari magis dico eucharistie perceptione quam purificari. Et licet quis peccato mordeatur si peccandi tamen de cetero non habeat voluntatem et satisfaciat lacrimis et orationibus accedat securus. sed hoc de illo dico quem mortalia peccata non gravant. si non frequentius saltem ter in anno homines communicent. nisi forte quis criminalibus impediatur. in pascha scilicet et penthecoste. et in natali. omnes ergo communicent qui non luerint carere ecclesiasticis luminibus.

**S**i heretici et excommunicati hoc sacramentum efficiant.

Olet etiam queri utrum pravi sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. Ad quod dici potest quod aliqui licet sint pravi consecrant vere scilicet que intus sunt nomine et sacramento. et si non vita quia non in merito consecrantis sed in verbo efficitur creatoris. Unde Augustinus intra catholicam ecclesiam in misterio corporis et sanguinis domini. nihil a bono maius. nihil a malo minus perficitur sacerdote. quia non in merito consecrantis. sed in verbo conficitur creatoris et virtute spiritus sancti. Credendum est enim quod in verbis christi sacramenta conficiantur. sicut ipse est qui baptizat. ita ipse est qui per spiritum sanctum suam efficit carnem et sanguinem. Item Gregorius. putant quidam communionem corporis minus esse sanctificatam si illorum fiat officio. quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Deum inquam magnum laqueum incidunt. ut divina et occulta misteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant. Cuius unus idemque spi-

ritus sanctus in tota ecclesia invisibiliter ea misteria et operando sanctificet et sanctificando benedicat. Misterium ideo dicitur quod secretam et reconditam habeat dispensationem. Sacrificium vero quasi sacrum factus. quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominice passionis. Sacramentum est in aliqua celebratione cum res ita fit ut aliquid significate rei accipiamus. sacramenta sunt baptisma/crisma/corpus. que ideo sacramenta dicuntur. quia sub tegumēto visibilium rerum divina virtus secretius salutem eorumdem sacramentorum operatur. Unde a secretis virtutibus vel sacris sacramenta dicuntur. Panis et calicis sacramentum grece eucharistia dicitur. latine bona gratia interpretatur. et quod melius corpore et sanguine christi. Siue ergo per bonos siue per malos ministros intra ecclesiam dispensetur. sacrum tamen est. quia spiritus sanctus vivificat. nec bonorum dispensatorum meritis ampliat nec malorum attenuatur. hoc de corpore domini. hoc et de baptismo et crismate sciendum est et tenendum. quia virtus divina secretius operatur in eis et divina solimodo est hec virtus siue potestas non humane efficacie. Illi vero qui excommunicati sunt vel de heresi manifeste notati non videntur hoc sacramentum posse conficere. licet sacerdotes sint quod nemo dicit in ipsa consecratione offero. sed offerimus quasi ex persona ecclesie. et ideo cum alia sacramenta extra ecclesiam possint celebrari. de hoc non videtur. quod etiam Augustinus tradere videtur dicens. Recolite nomen et advertite veritatem. Misisti enim dicitur. eo quod celestis missus ad consecrandum et vivificandum corpus adveniat iuxta dictam sacerdotis dicentis. Omnipotens deus iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum etc. Idcirco nisi angelus venerit missa nequaquam iure vocari potest. Nunquam enim si hoc misterium hereticus fuerit ausus usurpare. angelum de celis mittit

... oblat...  
... cum e...  
... dicent...  
... vestra...  
... maledict...  
... ergo dicit...  
... lo quem se...  
... cum sua be...  
... dicitur be...  
... fimonitus...  
... alebit...  
... ad viciu...  
... rissima com...  
... qd beret...  
... queat hoc...  
... sancti ange...  
... con afflu...  
... rnicus et in...  
... morane per...  
... rei corpore...  
... fima genu...  
... esse conven...  
... nrepletio...  
... diem habe...  
... conem ad...  
... intendat...  
... no licet ven...  
... metere ill...  
... di. nunquid...  
... non recte de...  
... le me evoc...  
... am esset re...  
... geritur ab...  
... tiberur me...  
... esse confici...  
... et quo int...  
... his genu...  
... lad enam la...  
... malibus c...  
... vocatur...  
... manducata...  
... misterio ali...  
... ca helerer...  
... ratione beret...  
... quod facit b...  
... ca.

*Quoniam ut dicitur scriptura in baptismo quod dicitur... (marginal note in a smaller hand)*

deus oblationem eius consecrare. **Na-**  
 time cum eisdem per prophetam ammat  
 sit dicens. maledicam benedictionibus  
 vestris. q̄ si bñdictionibz eoz se asserit  
 maledicturū vitas. **Quid** erit de hostia  
 ergo dicemus illam posse benedi ab il  
 lo quem scimus a deo fore maledictum  
 cum sua benedictione / si em̄ deus male-  
 dixerit benedictionibus hereticorum. et  
 simoniacus benedixerit quis eorum pre-  
 ualebit. **Nunquid** benedictio maledi-  
 cti ad nihil poterit redigere verba ve-  
 rissima comminantis dei. **Ex** his colligit̄  
 q̄ hereticus a catholica fide precipis ne-  
 queat hoc sacramentum conficere. quia  
 sancti angeli qui huius mysterij celebra-  
 tori assistunt / tunc non assunt quādo he-  
 reticus et simoniacus hoc misterium te-  
 merarie presumit. **Non** em̄ dubitari licz  
 ubi corporis dominici et sanguinis mi-  
 steria geruntur / supernorum ciuium ad  
 esse conuentus. **In** huius autem miste-  
 rij expletione sicut formaz seruari / ita or-  
 dinem haberi. scz vt sit sacerdos. et intē-  
 tionem adhiberi oportet vt illud facere  
 intendat. **Sed** si nō credit de illo miste-  
 rio sicut veritas habet / nunquid potest  
 intendere illud conficere / et si non inten-  
 dit / nunquid conficit. **Aliqui** dicunt etiā  
 non recte de illo misterio sentiētētem pos-  
 se intendere / non quid illud oficere / qd̄  
 iam esset recte credere / sed id agerz qd̄  
 geritur ab alijs dum cōficitur / et sic ad-  
 hibetur intentio / et si intentio dicatur d̄  
 esse conficiendi illud misterium / tamen  
 ex quo intēdit ea dicere et agere que ab  
 alijs geruntur / impletur misterium. **Il-**  
 lud etiam sane dici potest. q̄ a brutis a-  
 nimalibus corpus xp̄i non sumitur. et si  
 videatur. **Quid** ergo sumit mus. quid  
 manducatur. deus nouit. de hoc celesti  
 misterio aliqua perstrinximus a catholi-  
 cis fideliter tenenda. **Qui** enim his con-  
 tradicit hereticus iudicatur

**Quid** faciat hereticum et quid sit here-  
 ticus.

**N**e autem ignozes quid faciat he-  
 reticum. vel quid sit hereticus.  
 audi breuiter quid inde sancti  
 doctores tradant. **Op̄l. ait.** Exiterunt  
 plures qui celestium verborum simplici-  
 tatem non veritatis ipsius absolutionez  
 suscipere. aliter interpretantes q̄ di-  
 ctoz virtus postulat. de intelligē-  
 tia em̄ est heresis non de scriptura est.  
 et sensus. non sermo sit crimen. **Item** in  
 viij. intelligentie sensus in crimine est.  
**Tert. dicit** q̄ ex verbis inordinatē pro-  
 latis incurritur heresis. **Rug.** diffiniens  
 quid sit hereticus ait. hereticus est qui  
 pro alicuius temporalis cōmodi et maxi-  
 me glorie principatusqz sui gratia falsas  
 ac nouas opimōes vel gignit vel sequit̄

**De penitentia. Quarta. Quoniam**

**D**ost hoc de penitentia agendum  
 est. Penitentia longe positis a-  
 deo necessaria ē vt appropinquent.  
 Est em̄ vt ait Tert. secūda tabula post  
 naufragium. quia si quis vestem innocē-  
 tie in baptismo perceptam peccādo cor-  
 ruperit / penitētie remedio reparare po-  
 test. **Prima** tabula est baptismus ubi d̄  
 ponitur vetus homo et induitur nouus.  
**Secunda** penitētia qua post lapsum re-  
 surgimus. dum vetustas reuerfa repelli-  
 tur. et nouitas perdita resumitur. **Post**  
 baptismum prolapsi per penitentiam re-  
 nouari valent. sed non per baptismum.  
 licet homin̄ sepius penitēre sed nō bap-  
 tizari. **Baptismus** tantum est sacramen-  
 tum sed penitentia dicitur et sacramen-  
 tum et virtus mentis. **Est** em̄ penitentia  
 interior et penitentia exterior. **Exterior**  
 sacramentum est. interior virtus mentis  
 est. et vtraqz causa iustificatiōis et salu-  
 tis est. **Utrum** vero omnis exterior pe-  
 nitentia sit sacramentum. vel si non om-  
 nis que hoc nomine censenda sit / conse-  
 quenter inuestigabimus. **Penitētia** ce-  
 pit iohannis predicatio dicentis. **Peni-**  
 tentiam agite appropinquabit em̄ regnū  
 celozum. **Quod** autem prece docuit idē

De 31

*(marginal note in red ink)*

*(marginal note in black ink)*

*(marginal note in black ink)*



1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º

1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º

2.º 2.º 2.º 2.º 2.º 2.º 2.º 2.º 2.º 2.º

de plangere

li. 2.º de penit. p. 1.º

1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º

post veritas predi cavit exordiuꝝ sumēs  
 sermons a penitentia. Penitentia dicit  
 a puniendo. qua quis punit illicita que  
 commisit. penitentie virtus timore con  
 cipitur. Unde psalms. a timore tuo domi  
 ne concepimus ⁊ peperimus spiritum sa  
 lutis. Est aut penitentia vt ait Ambro.  
 mala preterita plangere. ⁊ plangenda  
 iterum non committere. Item grego.  
 penitere ē añ acta peccata deflere. ⁊ fle  
 da nō omitttere. Nam qui sic alia deplo  
 rat vt alia tamen omittat/adhuc penitē  
 tiam agere. aut ignorat. aut dissimulat.  
 Quid em̄ pdest si peccata luxurie quis  
 defleat ⁊ adhuc auaricie estub⁹ anhelat  
 His verbis quidam vehementius imbe  
 rentes contendunt vere penitentem vl  
 tra non posse peccare damnabiliter ⁊ si  
 grauiter peccauerit veram non precessit  
 se penitentiam. Qd̄ etiam alijs muniunt  
 testimonijs. Sic em̄ phidorus. irrisor est  
 ⁊ non penitens/qui adhuc agit qd̄ peni  
 tet. Nec videtur deum poscere subdit⁹  
 sed subsanare superbus. Camis reuersus  
 ad vomitum. ⁊ penitens ad peccatum.  
 Multi lacrimas indefinenter fundunt. ⁊  
 peccare non desinunt. quosdam accipe  
 lacrimas ad penitentiam cerno. ⁊ affe  
 ctum penitentie non habere. quia in con  
 stantia mentis nunc recordatione pecca  
 ti lacrimas fundunt/nunc reuiuiscēte  
 vsu ea que fleuerunt iterando commit  
 tunt Isaias de peccatoribus dicit Lau  
 mim mundi estote. lauatur et mund⁹ ē  
 qui ⁊ preterita plangit ⁊ flenda iterum  
 non omittit. lauatur et nō ē mūdus. qui  
 plangit que gessit nec deserit ⁊ post la  
 crimas ea que defleuerat repetit. Item  
 aug. inanis est penitentia quam sequens  
 culpa comquinat. Nihil prosunt lamen  
 ta/si replicantur peccata. nihil valet ve  
 niam a malis poscere ⁊ mala denuo ite  
 rare. Item greg. qui cōmissa plangit.  
 nec tñ deserit pene gramora se subicit.  
 Item ambro. Reperiunt infirmi qui se  
 pius agendam penitentiam putant qui  
 luxuriantur in xpo. Nam si vere in xpo

penitentiam agerent iterandam postea  
 non putarent. qz sicut vnū bapisma. ita  
 est vna penitentia. His alijsqz pluribus  
 vtuntur in assertionē sue opiniois. Sed  
 ambro. dicit hec vera penitentia ē ces  
 sare a peccato. Et item magni pfectus  
 ē renunciaſse errozi. Imbutos em̄ vicijs  
 eruere atqz emendare/virtutis ē perfe  
 cte ⁊ celestis gratie. ⁊ ideo sane ita dif  
 finiri potest. Penitētia ē virtus qua cō  
 missa mala cum emendationis propo  
 sito plangimus ⁊ odim⁹ ⁊ plangenda vl  
 terius cōmittere nolum⁹. quia sic peni  
 tentia vera est in animo dolere ⁊ odire  
 vicia. Unde illa verba premissa penitere  
 est ante acta deflere. ⁊. f. non. con. Re  
 cte sic accipi possunt vt non ad diuersa  
 tempora. sed ad idem referantur. vt scz  
 tempore quo deflet commissā mala non  
 omittat volūtate vel opere flenda. Qd̄  
 innuitur ex verbis consequentibus. Nā  
 qui sic alia deplozrat ⁊ cetera. Hinc aug.  
 ait. Cauendum ē ne quis existimet infan  
 da illa crimina qualia qui agunt regnū  
 dei. non pos. quotidie perpetranda. ⁊ e  
 lemosinis quotidie redimenda. In meli  
 us est em̄ vita mutanda. ⁊ per elemosi  
 nas de peccatis preteritis ppiciandus ē  
 deus non ad hoc emendus qd̄ammodo  
 vt ea semper liceat impune committere.  
 Remm̄ em̄ dedit laxamentum peccan  
 di. ⁊ si miserando delectat commissā pecca  
 ta/si non satisfactio congrua negligat.  
 Item pius papa nihil prodest homini  
 ieiunare ⁊ orare ⁊ alia religionis opera  
 agere nisi mens ab iniquitate reuocet.  
 Qui ergo a malis sic mentem reuocat  
 vt commissā plangat ⁊ plangenda omit  
 tere nō velit nec satisfacere negligat ve  
 re penitet. nec ideo non ē vera peniten  
 tia. quia forte nō de pposito sed casu vel  
 infirmitate peccabit. Ille autem irrisor  
 est ⁊ non penitens qui sic om̄missa plan  
 git vt plangenda voluntate vel ope cō  
 mittere non desinat. Ille etia; qui post  
 lacrimas repetit que fleuit lauatur ad  
 tempus. sed non est mundus. id est illa

poplat. and.

1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º

1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º

1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º

1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º 1.º

maiecia  
 qui e mor  
 illud m  
 pa com  
 am̄ e sc  
 qua sequ  
 em̄ fructu  
 no glorie  
 na ⁊ alia  
 carum vt  
 meretur cu  
 peccatum  
 peccato su  
 ⁊ penitētia  
 ita bona r  
 ⁊ caritate  
 na sunt que  
 plepantia  
 penitentem p  
 sunt. Qu. ut  
 na ⁊ manna  
 merentiam re  
 ber̄ intelligi  
 sunt lamen  
 te ⁊ cetera  
 nihil valet ad  
 sine peccato  
 inquitur de  
 caa dimissa  
 re cum regu  
 ne tamen de  
 ita reus ⁊ in  
 rebuc in exp  
 lea reuocem̄  
 peccata reuoc  
 similitur mib  
 uocam. vel a  
 tam venia de  
 laeta denuo  
 quodum est il  
 Penitentia est  
 ita puniens i  
 ita quod die d  
 quodularat ip  
 mentem est pe  
 ac in se hōi con  
 de. Ille penam

ad 4 mundicia non ē ei sufficiens ad salutem  
quia ē momentanea non pseuerans. **I**te  
illud inanis ē penitencia quā sequēs cul  
pa coinquinat. **S**ic intelligendum est in  
anis ē scz carens fructu illius penitentie  
quā sequens culpa non inquinat. **I**llius  
em̄ fructus est vitatio iehenne ⁊ adep  
tio glorie. mortificatur em̄ illa peniten  
tia ⁊ alia ante acta bona p sequens pec  
catum vt non sortiantur mercedē quam  
meruerūt cum fierent. ⁊ quam haberēt  
si peccatum non succederet. **S**ed ⁊ si d  
peccato succedenti penitencia agatur/  
⁊ penitētia que precessit ⁊ alia ante a  
cta bona reuiuiscunt. sed illa tantum q̄  
ex caritate prodierunt. **I**lla em̄ sola vi  
ua sunt que in caritate fiunt. **I**deoq; si  
p sequentia peccata mortificant/per sub  
sequentem penitenciam reuiuiscere pos  
sunt. **Q**ue vero sine caritate fiunt mor  
tua ⁊ inania generantur. ⁊ ideo per pe  
nitenciam reuiuiscere non valent. **S**imis  
liter intelligendum est illud. **N**ihil pro  
sunt lamenta ⁊ cetera. **E**t illud nihil va  
let ⁊ cetera. **S**i em̄ replicantur peccata  
nihil valet ad salutem. vel ad veniam i  
fine precedens lamentum. quia nihil re  
linquitur de vite mundicia. qz aut pec  
cata dimissa redeunt vt quibusdā pla  
cet cum replicantur vel si non redeunt  
eis tamen deletis ppter ingratitudinem  
ita reus ⁊ immundus constituitur cum  
adhuc in expiandis implicatur/vt si de  
leta redirent. **D**e hoc tamen scilicet an  
peccata redeant post plenus agemus  
**S**imiliter nihil valet ad salutem obti  
nendam. vel ad mundiciam vite haben  
dam veniā de male factis poscere. ⁊ ma  
lefacta denuo iterare. **I**ta etiam intelli  
gendum est illud qd̄ idem aug. alibi ait  
**P**enitencia est quedam dolentis v̄ndis  
cta puniens i se qd̄ dolet cōmisisse. ⁊ in  
fra quotidie dolendum est de peccato. let. ad 1. 8  
qd̄ declarat ipsa dilectionis virtus. **P**e  
nitere em̄ est penas tenere. vt semp pun  
at in se vlciscendo qd̄ commisit peccan  
do. **I**lle penam tenet qui semper v̄ndi

cat. qd̄ commississe dolet. **P**enitencia er  
go est v̄ndicta semper puniens in se qd̄  
dolet cōmisisse. **Q**uid restat nobis nisi  
dolere in vita. vbi enim dolor finitur d  
ficit ⁊ penitencia. **S**i vero penitencia fi  
nitur quid relinquit de venia. **T**amdiu  
gaudeat ⁊ speret de gratia. qd̄ diu suste  
tatur a penitencia. dicit em̄ **D**ominus.  
vade ⁊ amplius noli peccare. non dixit  
ne pecces. sed nec voluntas peccandi in  
te oriat. qd̄ quomodo seruabitur nisi  
dolor in penitencia continue custodiat.  
sed semper doleat. ⁊ d̄ dolore gaudeat  
⁊ non sit satis qd̄ doleat sed ex fide dole  
at. ⁊ non semper doluisse doleat.

**Determinatio intelligentie dictorum.**

qz dicitur p̄fectorum ut p̄. 1. 1. 1.  
**D**E penitencia perfectorum vel  
ad salutem sufficienti intelligen  
dum est. qd̄ supra dixit scz. **P**e  
nitencia est v̄ndicta semper puniens qd̄  
commissit. ⁊ alia huiusmodi. **I**llud ve  
ro si penitencia finitur nihil de venia re  
linquitur dupliciter accipi potest. **S**i  
em̄ iuxta quorundam intelligentiā pec  
cata dimissa redeunt. facile est intelli  
gere nihil de venia relinqui. quia pecca  
ta dimissa iterum replicantur. **S**icut em̄  
ille qui ex seruitute in libertatem manu  
mittitur. interim vere liber est. ⁊ tamen  
ppter offensam in seruitutem postea re  
uocatur. sic ⁊ penitenti peccata vere di  
mittuntur. ⁊ tamen propter offensam q̄  
replicatur iterum redeunt. **S**i vero nō  
redire dicantur. sane potest dici. etiā sic  
nihil de venia relinqui. n̄ qd̄ dimissa pec  
cata iterum imputentur. sed quia ppter  
ingratitudinē ita reus est ⁊ immundus  
constituitur ac si illa redirent.

**De solemni ⁊ vnica penitencia.**

**I**llud autem qd̄ ambro. ait. re  
periuntur 2c. ⁊ sicut vnum bap  
tisma ita ⁊ vna penitencia. non  
scdm̄ generalem sed secundū specialem

postea  
ma-ita  
dumbus  
vms  
tia ē cel  
pfectus  
em̄ vici  
e penitē  
e ita dō  
s qua cō  
propolu  
genda v  
sic peni  
e ⁊ odire  
a penite  
con. hie  
D dicitur  
tur. vt in  
mala non  
anda. hie  
tibus. hie  
Dicit aug  
met nō  
unt regim  
anda. ⁊ e  
a. In mō  
elemen  
ciandus  
immodi  
immetate  
m peccat  
milla pecc  
negligat  
st homin  
nis opera  
e reuocet  
n reuocat  
genda ante  
ghigat re  
ra penite  
eo calu vel  
tem irasce  
milla plan  
el ope  
is qui post  
uatur an  
d est illa

ad 4

let. ad 1. 8

qz dicitur p̄fectorum ut p̄. 1. 1. 1.



... et sic...  
... et sic...  
... et sic...

... et sic...  
... et sic...  
... et sic...

14

**A**urora dementiam. Item iohannes crisostomus  
de reparatione lapsi. talis mihi crede/  
talis est erga homines pietas dei. Nun  
quam spernit penitentiam si ei sincere et sim  
pliciter offeratur/etiam si ad summum  
quis perueniat malorum. et inde tamen  
velit reuerti ad virtutis viam suscipit li  
benter et amplectitur. et facit omnia qua  
tinus ad priorem reuocet statum. Ad  
quod est adhuc prestantius et eminentius  
etiam si non potuerit quis explere om  
nem satisfaciendi ordinem. quantulumcum  
que tamen et qualibet breui tempore ge  
stam non respuit penitentiam. suscipit eti  
am ipsam nec patitur quamvis exigue con  
uersionis perdere mercedem. Exemplis  
etiam hoc idem astrui potest David enim  
pro penitentiam adulterij simul et homici  
dij veniam impetrauit. grauitate tamen  
postea deliquit in populi enumeratione  
quod populi multitudo prostrata osten  
dit. Illud autem mirabile est quod angelo  
ferenti plebem. se obtulit dicens. grex  
iste quid fecit fiat manus tua in me / et in  
domum patris mei. Quo facto statim sa  
crificio dignus iudicatus est. qui abso  
lutione estimabatur indignus. Nec mir  
rum si tali sua oblatione pro populo. pec  
cati sui adeptus est veniam cum moyses  
offerendo se pro plebis errore peccata  
diluerit. His alijsque testimonijs pluri  
bus euidenter ostenditur per penitenti  
am non semel tantum sed sepius nos a  
peccatis surgere. et veram penitentiam  
sepius agi. Voluntarie enim peccantibus  
vobis ut ait apostolus non relinquatur  
hostia pro peccatis secunda. sed quia se  
mel tantum christum oportuit pati. nec relin  
quitur secundus baptismus. Relinquitur  
vero secunda penitentia et tertia. et dein  
ceps ut iohannes crisostomus sup hunc  
locum ait. Sciendum inquit quod hic qui  
dam exurgunt horum verborum occasi  
one penitentiam auferentes. quasi pro pe  
nitentiam non valeat peccator post lap  
sum resurgere secundo et tercio et dein  
ceps. Verum etiam in hoc penitentiam

non excludit nec aspiciationem que sepe  
fit per penitentiam sed secundum bap  
tismum et hostiam.

Quibus pluribus irrecitis peccatis non po  
test penitere de vno vere nisi de omnibus  
peniteat. *Testimonia Quarta Secunda*

14

**S**icut predictis autoritatibus  
illoz error conuincitur qui pe  
nitentiam sepe agendam et per  
eam a lapsu peccantes frequenter surge  
re diffidentur. ita eisdem illoz opinio  
eliditur qui pluribus irrecitum peccatis  
asserunt de vno vere penitere. eiusdem  
que veniam a domino consequi posse. si  
ne alterius penitentia. quod etiam autori  
tatibus astruere conantur. Sic enim pro  
pheta. Non iudicabit deus bis in di  
sum. vel ut alij transtulerunt non sur  
get duplex tribulatio. Si ergo inquit illi  
aliquis sacerdoti fuerit confessus vnum  
de duobus peccatis vel pluribus. et de  
illo iniunctam sibi penitentiam a sacer  
dote satisfactionem expleuerit ceteris ta  
citis. non pro illo peccato amplius iudi  
candus est de quo satisfecerit ad arbi  
trium sacerdotis. qui vicem christi in eccle  
sia gerit. Ideoque si de eo iterum iudice  
tur. bis in idipsum iudicat deus et sur  
get duplex tribulatio. Sed de his ergo  
oportet tantum intelligi illud qui presen  
tibus supplicijs commutantur in bonum  
et sic perseverant. super quos non con  
surgit duplex tribulatio. qui vero inter fla  
gella duriores et deteriores sunt ut pha  
rao. presentibus eterna connectunt. ut  
temporale supplicium sit eis eterne. pene  
micium. unde augustinus. Ignis succensus est  
et cetera. id est vindicta hic incipiet et ar  
debit usque ad extremam damnationem.  
Hoc contra illos notandum est qui di  
cunt illud. non iudicabit deus bis in id  
ipsum ad omnia pertinere flagella. quia  
quidam hic flagellis emendantur. alij  
hic et in eternum puniuntur. Quibus em  
modis flagella contingunt. vel ut iustis  
per patientiam merita augeantur. ut iob.

Ang. dicitur  
legit. dicitur

14

et dicitur

et dicitur

De dicitur...  
... et sic...

... et sic...  
... et sic...  
... et sic...



**N**is responderi potest sic. illud  
greg. pluit dominus etc. Non ad  
crimines veniam sed ad operis  
peccati desertionem referendum est. ut  
ideo pars ciuitatis dicatur complui. qe  
ab actu et delectatione peccati cui ante  
seruebat modo cessat. non qe eius veni  
am habeat. Vocaturq; pluuia illa talis  
continentia qua ab opere peccati reuo  
catur quia ex fonte gratie dei id cordi i  
stillatur ut vel sic paulatim ad peniten  
tiam veniat. vel eo minus puniatur a do  
qui diuturniori delectatione et actu pec  
cati maius sibi accumulasset tormentus  
Si vero ad indulgentiaz reatus pluuia  
referatur euangelice sententie contraire  
videbitur. Si em ppter immisericordiam  
qua quis primo suo non miserec etiaz q  
dimissa sunt replicantur ad pena. mul  
tomagis que nodum sunt dimissa ppter  
odium fraternum ad penam referuari p  
bant. Et si ille qui arbitrium sue volun  
tatis constitutus est. no potest inchoa  
re nouam vitam. ut ait aug. nisi penite  
at eum veteris vite. quomodo ad noui  
tatez indulgentie peruemiet qui odij ve  
tustatez no deposuit. Illud etia qd am  
brosius ait. et si fides desit pena satisfac  
cit etc. Non de fide intelligitur qua cred  
dit in deum. sed de conscientia delicti.  
Deest em fides. cum conscientia peccati  
ei non subest. Nam cum delicta omnia  
nemo intelligat. est aliquando in homi  
ne peccatum cuius non habet conscienci  
am. Vnde apostolus. Nihil mihi consc  
us sum. sed non in hoc iustificatus. Cui  
ergo quis flagellatur pro peccato cui  
non est conscius. si patienter fert penas  
et humiliter amplectitur. cogitans se for  
te peccatus habere qd non intelligit p  
eo puniri a deo. pena illa satisfacit. et re  
leuat grauatum. Ad hoc autem qd obi  
citur de satisfactione illa si satisfactio  
non fuit. iterum imponenda e. Si vero  
iterum imponenda no est. satisfactio fu  
it. et si satisfactio fuit. veniam impetra  
uit. Responderi potest satisfactionem

ideo non fuisse. quia ille dignos fructus  
penitentie non fecit. Est em satisfactio  
penitentie ut ait aug. peccatorum caus  
sas excidere. nec suggestiombus earum  
aditum indulgere. Idem sane qui scele  
rate viuunt nec curant talem vitam mo  
resq; corrigere. et inter ipa facinora sua  
elemosinas frequentare non cessant. fru  
stra ideo sibi blandiuntur quia dominus  
ait. date elemosinam. et ecce omnia mu  
da sunt vobis. hoc em qd late pateat no  
intelligunt.

### De generibus elemosinarum.

**M**ulta enim sunt genera elemosin  
narum. que cum facimus adiu  
uamur. non solum qui dat esuri  
enti cibum. sitiienti potum et huiusmodi  
sed etiam qui dat veniam petenti elemo  
sinam dat. et qui emendat verberem in que  
potestas datur. vel cohercet aliqua dis  
ciplina. vel orat ut ei peccatum dimitt  
tatur elemosinam dat. quia misericordi  
am prestat. multa em bona prestantur i  
uitis. quando eorum consulitur utilitati et  
non voluntati. sed ea maior e qua ex cor  
de dimittimus. quod i nobis quisq; pec  
cauit. Oportet em magnum est erga eum  
esse beniuolum qui tibi nihil mali fecit.  
Illud multo grandius ut tuum etiam  
inimicum diligas. et ei qui tibi malum vult.  
et si potest facit. semper bonum velis fa  
ciasq; qd possis. qd ergo dominus ait.  
date ele. et o. m. s. v. ita ne intellecturi su  
mus ut non credentibus in xpm. munda  
sunt omnia si elemosinas istas dederint  
qui vult ordinate elemosinam dare. a se  
debet primum incipere et eam primum  
sibi dare. Est em elemosina opus miseri  
cordie. verissimeq; dictum est. miserere  
anime tue placet deo. Non ergo se fal  
lant qui per elemosinas largissimas fru  
ctuum suorum vel pecunie / impunitate  
se emere estimant in peccatis permanentes  
que ita diligunt ut in eis optent versari  
Qui vero diligit iniquitatem. o. a. s. qui

<sup>in opore. h. opore. s. r.</sup>  
odit animam suam nō est misericors ei  
sed crudelis. diligendo quippe eam se-  
cundum seculum. odit eam secundū de-  
um. Si ergo vult ei dare elemosinam su-  
am per quam fit munda / odiat eam se-  
cundum seculum. et diligit eam secundū  
deum. hac elemosina quā sibi homo pri-  
mit? debet mundantur interiora. ad quō  
hortās xpc ait. **Mundate** que intus sūt.  
immundis em̄ nihil est mundum sed pol-  
luta sunt eorum mens et conscientia vt  
ait apostolus. **Immundi** vero sunt om̄s  
quos non mundat fides. qua creditur i-  
cristum de qua scriptum est. **Mundans**  
fide corda eorum. sed ne istas elemosi-  
nas que fiunt de fructibus terre respue-  
re xpc videretur hec inquit oportuit fa-  
cere scz iudicium et caritatem dei et illa  
non omittre id est elemosinas fructuū  
terrenorum. **Ex his** datur intelligi qd in  
peccato mortali permanentes et si ele-  
mosinas largas faciant non tamen per  
eas satisfaciunt. quia inordinate agunt  
dum a se non incipiunt. nec proprie dici-  
tur elemosina tale opus. dum sibiipsis  
crudeles existunt. n̄ placentes deo. **Nō**  
ergo dicenda est illa satisfactio peccati  
quam quis agit p vno peccato. dum p-  
durat in altero. quia nihil prodest ieu-  
nare et orare. et alia bona agere nisi mē  
reuocetur a peccato. et si aliquando cō-  
uersus tacitum peccatum sacerdoti fue-  
rit confessus / de vtroq; imponenda est  
ei satisfactio. quia de primo condigne  
non satisfecit.

### **Secundum quosdam fuit satisfactio**

**Q**uibusdam tamen videtur fuis-  
se satisfactio s; infructuosa dum  
in peccato altero persistit. per-  
cipietur tamen fructus eius. incipietq;  
pfficere cum peccati alterius penituerit  
Tunc em̄ vtrunq; dimittitur peccatus  
et satisfactio precedens viuificatur qua  
fuerat mortua. sicut baptismus illi qui  
accedit sicte. tunc primitus valet cum

<sup>De f. f. c. 9</sup>  
fictio a mente recedit per penitentiam/  
et in huius opinionis munimentum au-  
toritates inducunt. **Sic em̄ aug.** primum ē  
credere et nostra fides hoc postulat vt  
cū gratia xpi in homine destruxerit ma-  
la priora. etiam remuneret bona. et cum  
destrui qd suum non inuenit. diligit bon-  
num qd in peccante plantauit. **Ite ier.**  
<sup>De f. f. c. 9</sup>  
**Si** quādo videris inter multa peccata  
quenq; facere aliqua iusta opera non ē  
tam iniustus deus vt ppter multa mala  
obliuiscatur paucorum bonorum. sed fa-  
ciat eum metere et in horrea congrega-  
re que bona terra seminauit. sed hec di-  
cta intelligimus de illo qui in caritate  
quodam tempore bona facit et bonus ē.  
alio vero tempore malus ē et multa pec-  
cata facit. **Non ergo** intelligendum est  
cum inter multa peccata iusta opera fe-  
cisse. quasi simul eodemq; tempore pec-  
cata fecerit et iusta opera. sed diuersis  
temporibus vtraq; egisse. **Nisi em̄** bon-  
nus foret quando bona fecit. non semina-  
uisse diceretur in terra bona. **Destructis**  
ergo malis post opera bona commissis  
priora bona in caritate. scz facta que se-  
quentia mala mortificauerant. peniten-  
tia de illis malis habita. viuificantur et  
remunerantur. **Unde apostolus.** **Jaciēs**  
fundamentum penitentiā ab operi-  
bus mortuis. opera mortua nominans.  
priora bona signat. que per sequens pec-  
catum erant mortua. quia his peccando  
priora bona irrita fecerūt. hec sicut pec-  
cando irrita fiunt ita per penitentia; re-  
uiuiscunt et ad meritum eternitatis pro-  
ficere incipiunt. **Similiter** et illud bonū  
amat deus qd in peccante plantauit. in  
illo scz qui post illud bonum peccauit.  
**Non similis** peccans et bene operans ex-  
titit. quia talis hominis opus nō dilige-  
ret deus ad remunerationem.

### **De operibus bonis.**

**P**otes est etiam accipi de operib;  
bonis que ab aliquo fiunt dum  
malus est. et in peccato mortali

persistit vel ad tempus vel usq; in fine  
 que dicuntur remunerari a deo & n̄ dari  
 obliuioni. non quia p̄ficient ad vitam  
 eternam obtinendam. s; ad tolerabili  
 extremi iudicij supplicij sentiendū. sicut  
 de fide & ceteris que sine caritate habē  
 tur Rug. ait. Si quis non habēs carita  
 tem que perinet ad vnitatem spiritus  
 & vinculum pacis quo ecclesia connecti  
 tur in aliquo scismate cōstitutus. ne cri  
 stum neget. patitur tribulationes. famē  
 p̄secutionem vel flammās vel bestias.  
 vel ipsam crucem. timore gehenne. nul  
 lo modo ista culpanda sunt. Immo &  
 hec laudanda est patientia. Non em̄ di  
 cere potuimus melius ei fuisse. vt xpm̄  
 negando nihil eorum pateretur que pas  
 sus est confitendo. sed estimandum est  
 fortasse tolerabilius ei esse futurum iu  
 dicium q̄ si xpm̄ negando nihil eorum  
 pateretur. vnde illud qd̄ ait apostolus  
 Si tradidero corpus meum ita vt arde  
 am. caritatem autē non habuero nihil  
 mihi prodest. Nihil prodesse intelligat  
 ad regnum obtinendum nō ad extremi  
 iudicij tolerabilius sub eundem suppli  
 cium. & infra hec p̄pter caritatem dicta  
 sunt. sine qua in nobis nō potest esse ve  
 ra penitentia. quoniam in bonis caritas  
 dei est que tolerat omnia

Perstringit dictorum summam vt alia  
 addat.

**S**ic his ostenditur bona que sine  
 caritate fiunt prodesse quidem  
 ad tolerabiliorem penam senti  
 endam. sed non ad vitam obtinendam.  
 illa etiā que in caritate quis facit si po  
 stea p̄lapsus fuerit. nec exurrexerit non  
 esse in memoria dei. Ezechiel dicit. si a  
 uerterit se iustus a iusticia & fecerit ini  
 quitates nunquit viuet / omnes iusticie  
 eius quas fecerat non recordabuntur. i  
 peccato suo morietur & nō erunt in me  
 moria iusticie quas fecit. In cuius loci  
 expositiōe greg. ait. Hic nobis maxime  
 considerandum est. quia cum mala com

mittimus / sine causa ad memoria; trās  
 acta bona reuocamus. quoniam in perpe  
 tratione malorum nulla debet esse fidu  
 cia bonorum preteritorum. Intelligen  
dum ē hoc ad vitam p̄cipiendam bona  
preterita non dare fiduciam. & si ad mi  
 tiorē penam / alioquin p̄missis autozi  
 tati augustinus obuiaret. bona ergo si  
 ne caritate facta & bona in caritate fa  
 cta que amittatur mortalis culpa / quā  
 non sequens penitentia delet / ad sensum  
 minoris pene p̄ficiunt non ad vite fru  
 ctum.

Autoritates alias inducit contra eos q̄  
 dicunt de vno peccato penitentia; agi  
 altero tacito.

**N**is arbitror illis esse respon  
 sum qui asserunt de vno crimine  
 penitentiam agi & veniam p̄  
 stari / alio in delectatione retento vel p̄  
 confessionem non exposito. qui non mo  
 do p̄missis autoritatib; confutantur  
 sed etiam subditis. Nis enim augustinus  
 sunt plures quos penitet peccasse sed n̄  
 omnino seruantes sibi quedā in quib;  
 delectentur. non animaduertentes do  
 minum simul mutum & surdum a demo  
 nio liberasse. per hoc docet nos nūquā  
 nisi de omnib; sanari. Si em̄ vellet pec  
 cata ex parte reseruari habentem septē  
 demonia perficere potuit. vj. expulsis /  
 expulit autem vij. vt omnia crimina si  
 mul eicienda doceret. Legionem vero d  
 monum ab alio eiciens nullum reliquit  
 de omnibus qui liberatum possideret.  
 Ostendens q; si etiam peccata sunt mil  
 le / oportet de omnibus penitere. Nunq;  
 q; aliq; sanauit dominus quē omnino  
 non liberauit. Totū em̄ homines sana  
uit in sabbato quia & corpus ab omni i  
firmitate & animā ab omni contagione  
iudicans penitentes oportere simul do  
lere de omni crimine. Scio em̄ dominū  
 inimicū omni criminoso. Quomodo er  
 go qui crimen reseruatur de alio recipere  
 veniā. sine amore dei cōsequeret veniā  
 sine quo nunq; inuenit gratiam. hostis

*De 4 fco p̄mā. s*

*1a*





**Satisfactio.** Compunctio nobis ibi cōmendatur. Scindite corda vestra et nō vestimenta vestra. confessio ibi. Iustus in principio sermonis accusator est suū. vere em̄ cōfiteatur qui se accusat. qui exorando malum sibi imputat. Et ibi effundite coram illo corda vestra. Et item. Confitemini alterutrum peccata vestra. **Satisfactio** a iohāne precipitur. ubi ait facite dignos fructus penitentie scilicet vt secundum qualitatem et quantitates culpe/sic qualitas et quātitas pene. Nō em̄ par debet esse fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccauit et eius qui grauius cecidit. Ideo discretio penitenti valde necessaria est vt illa gerat que tradit **aug?** dicens. Consideret quālitatem criminis. in loco. in tempore. in p̄seuerantia. in varietate persone. et quali hic fecerit temptatione et in ipsius viciij multiplici executione. Oportet enim penitere fornicantem. secundum excellentiam sui status vel officij. vel secundum modum meretricis et in modum operis sui. et qualiter turpitudinem egerit si in loco sacro. si in tempore orationi constituto. vt sunt festiuitates et tempora ieiunij. Consideret in quantum p̄seuerauerit et defleat quod p̄seueranter peccauerit. et quanta victus fuerit in pugnatione. Sunt em̄ qui non solum non vincunt sed vltro se peccato offerunt nec expectant temptationem sed p̄uenerunt voluptatem et p̄tractent secum quod multiplici actione viciij delectabiliter peccant. omnis ista varietas confitenda est et deflenda. vt cum cognouerit quod peccatum est/cito inueniat deum p̄piciū. In cognoscendo augmentum peccati inueniat cuius etatis fuerit. cuius sapientie et ordinis. Immoretur in singulis istis et sentiat modum criminis purgans lacrimis omnem qualitatem viciij defleat virtutem qua interim caruit. Dolendum est em̄ non solum quod peccauit / sed quia se virtute priuauit. Defleat etiam quem offendens in vno factus est omnium reus

post talem consensum si quis alij se copulauerit/etiam si carnis cōmixtio illic sequatur/ad priorē copulam reuocandus est.

**¶ Si consensus de futuro cum iuramento faciat coniugium**

**H**ic queri debet utrum consensus de futuro addito etiam iuramento/coniugium efficiat. ut si quis promittat. vel etiam iuret alicui se usque ad tempus placitum illam ducturum. et illa promittat vel iuret se illi nupturam. nunquid talis sponsio eos coniuges facit. Si mutato proposito alter vel uterque ad aliam copulam transit/nunquid ob priorē sponsionē iuramento submixtam/secundē federationis pactum scindetur. Considera quia longe aliud ē promittere. et aliud facere. Qui promittit/nondum facit. Qui ergo promittit se in uxorem ducturum aliquam/nondum eam duxit uxorem. et que spondit se nupturam/nondum nupsit. Quomodo ergo coniuges appellari possunt / qui nondum contrahunt. sed in futuro se contracturos iurando promittunt. Item si ex vi iuramenti ad futurum pertinentis mox efficiuntur coniuges/cur iurant in futuro se facturos quod in presenti efficiuntur. Item si ex quo iurant mox efficiuntur coniuges/tunc hanc rem efficiunt /quando iurant se facturos /quod in presenti efficiuntur. Ideo dico quia coniugium tunc non fit sed futurum promittitur. Si vero ille post uxorem duxit. et illa marito nupsit coniugium utriusque fuit. et non potest dissolui. Precedens ergo mendacium vel periurium/penitentia est corrigendum/sed coniugium sequens non ē dissoluedum. Non autem sic ē quando iuramentum coniugij presentis consensus attestatōe firmatur. quia post talem consensum si quis alij se copulauerit/etiam si prolem procreauerit/irritum debet fieri. et ipse se ad priorē copulam reuocari.

**¶ Que videntur obuiare premiffis nouellarum institutio.**

**R**emisse autem sententię videtur obuiare illud quod leges tradunt. Si quis tactis diuini scripturis iurauerit mulieri se eam legitimam uxorem habiturum vel etiam si in oratorio tale sacramentum dederit /sit illi legitima uxor. quia nulla dos /nulla alia scriptura interposita sit. Sed hic ostenditur quid fieri vel esse debeat / non quod tunc fiat. Non enim per illud iuramentum tunc fit uxor. sed fieri debet / quod iuramentum ē. Potest et de illo iuramento hoc dictum intelligi ubi de presenti consentiunt ac se inuicem suscipiunt. Illi etiam sententię qua dictum est solum consensum facere coniugium videtur obuiare quod euaristius papa ait. Alter legitimum non fit coniugium nisi ab his qui super feminam dominationem habere videntur et a quibus custodia uxor petatur / et a parentibus sponsetur / et legibus docetur. et a sacerdote ut mos ē benedicatur / et a parantibus custodiatur. ac solemniter accipiatur. Item ita legitima iocunde esse coniugia. aliter vero presumppta / non coniugia. sed adulteria vel fornicationes sunt nisi uoluntas propria vel suffragata fuerit. et vota succurrerint legitima. hoc autem non ita intelligendum est. tanquam sine enumeratis non possit esse legitimum coniugium / sed quia sine illis non habet decorem et honestatem debitam. In huiusmodi sacramenti celebratione sicut in alijs quedam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti / ut consensus de presenti qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium. quedam vero pertinentia ad decorem et solennitatem sacramenti. ut parentum traditio. sacerdotum benedictio et huiusmodi sine quibus legitime fit coniugium. quantum ad virtutem non quantum ad honestatem sacramenti. Sine his ergo non quasi legitime coniuges / sed quasi adulteri vel fornicatores conueniunt.

ut illi qui clanculo nubunt. et utique fornicatores essent nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de presenti. que legitimum inter eos facit matrimonium. Nam et consensus occultus de presenti per verba expressus coniugium facit. licet non sit ibi honestus contractus. sed matrimonium non sanxit consensus qui in occulto fiunt. Si enim alter alterum dimiserit non cogitur iudicio ecclesie redire. et commanere quasi cum coniuge. quia non potest probari testibus contractus qui in occulto sibi consenserunt. eundem consensum voluntarie in manifesto profiteantur. tunc utique propria voluntas suffragatur et legitima vota succurrunt ad sciendum coniugium quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas ergo verbis expressa in occulto ad hoc suffragatur ut fiat coniugium. manifeste vero expressa suffragatur ut sanciat et roborat ac liberum fiat ecclesie de hoc iudicare si expedierit.

De qua re sit consensus ille an de carnali copula an de cohabitatione an de alio

**H**ic queritur cum consensus de presenti matrimonium faciat cuius rei consensus sit ille. an carnalis copule. an cohabitationis. an utriusque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit. tunc frater cum sorore / pater cum filia potest contrahere matrimonium. Si carnalis copule tunc inter mariam et ioseph non fuit coniugium. Proposuerat enim maria in virginitate manere nisi deus aliter facere iuberet. secundum quod videtur angelo dixisse. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. i. me non cognosciam propositum. Nec enim quia virum tunc non cognoscebat. necesse erat inquiri quomodo posset habere filium. sed quia nunquam se cognituram proposuerat. Dicit enim beda. quod in virginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositum post consensum in carnalem copulam videtur facta voti rea mente.

et si non opere violati. Dicamus ergo quod consensus cohabitationis vel carnalis copule non facit coniugium. sed consensus coniugalis societatis verbis secundum presens tempus expressus ut cum vir dicit. Ego accipiam te in meam non dominam non ancillam sed coniugem. Quia enim non ancilla vel domina datur. ideo nec de summo. nec de imo a principio formata est. sed de latere viri. ob conjugalem societatem. si de summo fieret. ut de capite. videretur ad dominationem creata. Si vero de imo ut de pedibus. videretur ad servitutem subicienda. sed quia nec in dominam nec in ancillam assumitur facta est de medio id est de latere quia ad conjugalem societatem assumitur. Cum ergo sic conveniunt ut dicat vir accipio te in meam coniugem. et dicat mulier accipio te in meum virum. His verbis vel alijs idem significantibus exprimitur consensus non copule carnalis vel cohabitationis copulalis / sed conjugalis societatis. Et quod oportet eos cohabitare. nisi forte causa religionis pari voto corporaliter separentur vel ad tempus vel usque in finem.

Coactio excludit consensum conjugalem.

Distinctio 29<sup>ma</sup>

**O**portet autem consensum conjugalem liberum esse a coactione. Coactus enim consensus qui nec consensus appellari debet. coniugium non facit sicut testatur urbanus papa sacri bensis sanctio regi araganorum in hec verba. De neptis tue coniugio quam te cui dam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti. hoc equitate dictante decrevimus ut si illa virum illum omnino sicut dicit renuit. et in eadem voluntatis autoritate persistit / ut viro illi se proorsus denegat nupturam / nequaquam eam inuitam ac remtentem eiusdem viri cogas coniugio copulari. Idem si verum esse constiterit quod nobis legati iordanis principis retulerunt scilicet quod ipse coactus et dolens filiam suam

A

flentem et p viribus remittente; rinaldo  
desponsauerit / qm legum et canonum  
auctoritas talia sponsalia non approbat ne  
ignorantibus leges et canones nimis du-  
rum videatur / ita sententiam tempera-  
mus. vt si princeps cu assensu filie id qd  
inceptum e perficere voluerit conceda-  
mus. sin autem legat? noster vtrasq; par-  
tes audiat et si nihil fuerit ex parte rai-  
naldi qd amplius impediatur ab ipso ior-  
dane sacramentum quo consentent hec q  
dicta sunt accipiat / et nos canonum et le-  
gum scripta sequentes. deinceps non p-  
hibemus quin alij viro si voluerit predi-  
cta eius filia tantu in domino nubat. Ex  
his apparet coniugium fieri inter consen-  
tientes et spontaneos. non inter remiten-  
tes et inuitos. Veruntamen qui inuiti et  
coacti coniuncti sunt / si postea ab aliquo  
temporis spacio sine contradictione et q  
rumonia cohabitauerint facultate disce-  
dendi vel reclamandi habita consenti-  
re videntur. et consensus ille consequens  
supplet. qd precedens coactio tulerat.

In libro pandectarum.

**C**onsentire autem probatur / qui  
euidenter non contradicit secu-  
dum illud. In sponsalibus eor-  
um consensus exigendus est quorum in nup-  
tibus desideratur. intelligitur tamen sem-  
per patri filia consentire / nisi euidenter  
dissentiat. Item sponsalia sicut nuptie  
consensu fiunt contrahentium / et ideo si-  
cut in nuptiis. ita et in sponsalibus patri  
familias filiam consentire oportet. que  
si patris voluntati non repugnat consen-  
tire intelligitur.

De errore qui euacuat consensum.

**N**ec solum coactio impedit vel  
excludit consensum. sed etiam er-  
ror. Non autem omnis error co-  
sensum impedit. Est enim error alius per-  
sone. alius fortune. alius conditionis. ali-

us qualitatis. Error persone quando hic  
putatur esse homo ille. et est alius error  
fortune / quando putatur esse diues qui  
pauper e et econuerso. Error conditionis  
quando putatur esse liber qui seruus e.  
Error qualitatis quando putatur esse bo-  
nus qui malus est. error fortune / et quali-  
tatis coniugij consensum non excludit.  
Error vero conditionis coniugalem co-  
sensum euacuat. De qua conditione post-  
modum tractabimus. Error quoque per-  
sone consensum coniugalem non admit-  
tit vt si quis feminam nobilem in coniu-  
gium petat et pro ea alia ignobilis tra-  
datur ei. non est inter eos coniugium. quia  
non consensit vir in istam. sed in aliam vt  
si quis promitteret mihi se venditurum au-  
rum. et pro auro offerre mihi auricalcum  
et ita me deciperet. nunquam diceret con-  
sensisse in auricalcum / nunquam volui emere  
auricalcum. nec ergo in illud consensi.  
quia consensus non nisi voluntatis est.  
Sicut ergo error materie excludit con-  
sensum. ita et in coniugio error persone. Sed  
obicitur de iacob qui pro rachel. vii. an-  
nis seruiert et supposita e ei lya. nunquam  
error persone excludit coniugium cum  
non in eam. sed in rachel consenserit. Sed  
quod ibi factum e in misterio gestum non  
improbe traditur. ibi tamen et si non pre-  
cessit. secutus e consensus. nec ex illo co-  
cubitu qui consensum precessit fornicarij  
iudicantur / cum ille maritali affectu  
eam cognouerit / et illa vxorio affectu do-  
bitum persoluerit. putans lege primoge-  
nitarum et pateris imperijs se illi iure  
copulatam. excusat etiam quia dei consilio  
in misterio ita actum est. hodie etiam ex-  
cusaretur ille. cui inscio vxoris soror le-  
ctulum eius ingressa se subiceret. que cu  
sine spe coniugij perpetuo maneri censea-  
tur. ille tamen qui cognouit eam per ig-  
norantiam excusatur. quod per simile p-  
batur. Si enim dyabolus transfigurans se  
in angelum lucis / credatur bonus / non e  
error periculosus. Quia autem vir ille in  
illam mulierem non consenserit ex simili

ostenditur. Si quis hereticus nomine aug. vel ambrosij alicui catholico se offerret/eūq; ad sue fidei imitationē vocaret/si ille assentiret/in cuius sententiam fidei diceretur consensisse non in hereticorū sectam. sed in integritatē fidei quā ille hereticus se mentiebatur habere. Error vero fortune consensu; non excludit. Qui em̄ nubit pauperi putans esse illum diuitem non potest renuntiare priorī cōditioni quā quis errauerit. nec error qualitatis. ut si quis ducat in uxorem meretricē vel corruptam quā putat esse castam et virgine m non potest eam dimittere.

#### De coniugio marie et ioseph.

**R**emissis aliquid addendum ē de modo illius consensus qui inter mariam et ioseph intercessit. Sane credi potest non solū mariam sed etiam ioseph apud se disposuisse virginitatem seruare velle nisi deus aliter iuberet eosq; sic consensisse in coniugale societatem. ut vterq; de altero reuelante spiritu sancto intelligeret q; virginitatē seruare vellet. nisi deus aliter inspiraret; sed illam voluntatem verbis non expresserant. postea vero expresserunt et in virginitate permanserunt. Consensit ergo maria in maritalem societate. sed non in carnalem copulam. nisi de eade; specialiter deus precipere. cuius etiam consilio in maritalem consensit copulaz. quia virginitatem seruare volebat. et ideo nō aliter consensisset in coniugale societatem/nisi familiare dei consilium habuisset. de qua aug. sic ait. Beata maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde. sed ipsum votum non expressit in ore. Subiecit se diuine dispositioni proposuit se seruaturā virginitatē. nisi deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuine dispositioni consensit in carnalem copulā. non illam appetendo/s; diuine inspirationi in vtroq; obediendo. postea vero simul cū viro

labijs expressit et vterq; in virginitate permansit.

#### ¶ Coniugium perfectum inter eos fuit

**I**nter quos ut ait aug. Perfectum fuit coniugium. perfectum quidem non in significatione sed in sanctitate. Sanctiora sunt em̄ coniugia pari voto continentium. Unde aug. Quod deo pari voto et assensu voueratis/ambo perseuerāter reddere debuistis a quo proposito si lapsus est ille/tu saltem perseuera non quia pariter temperabatis a commixtione carnali. ideo maritus tuus esse destiterat. immo vero tanto sanctius coniuges manebatis quanto sanctiora concorditer placita seruabatis. Perfectum ergo fuit marie et ioseph coniugium in sanctitate. perfectum etiam fuit secundum triplex bonū coniugij fidem scz prolem et sacramentū. Omne em̄ nuptiarum bonum ut ait aug. impletū est in illis paribus xpi fides. proles. sacramentū. Prolem cognoscimus ipsum dominum. fidē quia nullū adulteriū. Sacramentum quia nullum diuortium. solus ibi nuptialis concubitus non fuit. quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis que accidit ex peccato. Sine qua concipi voluit qui sine peccato futurus erat. et licet nō intercessisset coniugalis concubitus coniuges tamē vere fuerunt mente non carne sicut et pariter. quous ambrosius. dicat perfectum fieri coniugium per carnalē copulam. In omni inquit matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis quā confirmat et perficit coniunctorū coniunctio corporalis. S; intelligendū est coniugium perfici coniunctione corporali/non quantum ad veritatem vel sanctitatē coniugij/sed quantum ad significationē. quia perfectius vniōnem xpi et ecclesie tunc figurat. Exposito q; sit efficiens causa matrimonij. sequens ē ostendere ob quam causam solet vel debeat contrahi matrimonium. Est ergo

finalis causa contrahendi matrimonij principalis procreatio proles. propter hoc enim instituit deus coniugium inter primos parentes. quibus dixit. crescite et multiplicamini etc. Secunda est post peccatum ad vitiationem fornicationis. Unde apostolus propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam. et unaqueque habeat virum suum. Sunt et alie cause honeste ut inimicorum reconciliatio et pacis reintegratio. Sunt etiam et alie minus honeste cause propter quas aliquando contrahitur ut viri mulierisque pulchritudo. que animos amore inflammatos sepe impellit inire coniugium ut valeant suum explere desiderium. Questus quoque et diuitiarum possessio frequenter est coniugij causa. et alia multa que cuique diligentiam adhibenti facile est discernere. Nec est assentiendum illis que dicunt non esse coniugium quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex premissis coniugium fieri ex communi consensu verbis de presenti expresso quousque amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentum prestat iacob qui Rachel de coram facie et venusto aspectu amavit eamque multum diligens ait. Seruiam tibi pro Rachel. vij. annis. In deuteronomo etiam legitur. Si videris in medio captiuorum mulierem pulchram et adamaueris eam. voluerisque uxorem habere. introduces eam in domum tuam etc.

**¶** Si malus finis non contaminat sacramentum

**A** licet fine non bono contrahatur coniugium. quando species contrahentis mouet animum / coniugium tamen bonum est. quia vita mala vel intentio peruersa alicuius sacramentum non contaminat. Habunt autem coniugium marie et ioseph alias causas speciales scilicet ut virgo solatio viri sustentaretur. et ut dyabolo parte celaretur. ut ioseph esset testis castitatis. defendens eam ab infamia suspicionis. ne ut adultera damnaretur.

**¶** De tribus bonis coniugij *31. 32. 33.*

**P**ost hoc de bonis coniugij que sunt et qualiter coitu excusent / dicendum est. tria sunt principaliter bona coniugij. Unde augustinus. Nuptiale bonum tripartitum est scilicet fides. ples. sacramentum. In fide attenditur / ne post vinculum coniugale cum alio vel alia coeatur. In prole ut amanter suscipiatur / religio se educetur. In sacramento ut coniugium non separetur et dimissus vel dimissa nec causa proles alteri coniungatur.

**¶** De duplici separatione

**S**eparatio autem gemina est corporalis scilicet et sacramentalis. Corporaliter possunt separari causa fornicationis. et ex communi consensu causa religionis. siue ad tempus siue vsque in finem. Sacramentaliter vero separari non possunt dum viuunt / si legitime persone sint. Manet enim vinculum coniugale inter eos / etiam si alij a se discedentibus adhaerint. Unde augustinus. vsque ad deum manent inter viuentes semel imitatura nuptiarum / ut potius sint inter se coniuges etiam separati quam cum alijs quibus adhaerunt. Item manet inter viuentes quoddam coniugale vinculum. quod nec separatio / nec cum altero copulatio possit auferre. Sicut apostata anima. velut de coniugio christi recedens etiam fide perdit / sacramentum fidei non amittit / quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeunti si amisisset abscedens. Habet autem hoc qui recesserit ad cumulum supplicij. non ad meritum premij. Item quibus placuit ex consensu ab usu carnalis concupiscentie imperpetuum continere / absit ut vinculum inter illos coniugale rumpatur. immo firmiter erit. quod magis ea pacta secum gerunt. que carius concordiusque seruanda sunt non voluptarijs corporum nexibus / sed voluntarijs amoris affectibus. Et attende quod tertium bonum

coniugij dicitur sacramentum. non quod sit ipsum coniugium/sed quia eiusdem rei sacre signum est. i. spiritualis et inseparabilis coniunctionis christi et ecclesie.

**Hec tria non assunt omni coniugio.**

**E**st sciendum ab aliquibus contrahi coniugium qui hec tria bona non comitantur. Deest enim si des ubi vir cum alia et mulier cum alio coit. Hoc ergo bonum ita coniugio adheret/ut ex eo si assit/amplius commendetur coniugium. si non assit/non inde admirabiletur. Que enim adultera est/non ideo coniunx non est. Immo si coniunx non esset/adultera non foret. Quod cum sit culpa committitur. sacramentum vero non cassatur. Bonum quoque proles non omnibus adest coniugibus. Quidam enim pari voto continentiam servant. alij proprietatis defectu vel alterius rei causa generare non valent. nec omnes illi etiam qui prolem recipiunt bonum proles habent. Nam bonum proles dicitur non ipsa proles vel proles spes que ad religionem non refertur. immo ad hereditariam successionem ut cuius heredes terrene possessionis habere desiderat/sed spes ac desiderium quod proles ad hec queritur ut religione informetur. Multi ergo prolem habent /qui tamen bono proles carent. nec ideo tamen coniugium esse desunt. Sacramentum vero ita inseparabiliter coniugio adheret legitimarum personarum ut sine illo coniugium non esse videatur. quia semper manet inter viuentes vinculum coniugale. ut etiam interueniente diuortio fornicationis causa/coniugalium vinculi firmitas non solvatur. Vbi vero non inter legitimas personas contrahitur coniugium/non adest illud bonum quod dicitur sacramentum. quia potest solui taliu copula. de quibus post dicitur. Quod vero coniugium sit inter eos qui coniugali affectu non tamen gratia proles/sed explende libidinis conueniunt/ nec fornicarij sed

coniuges appellantur/ostendit augustinus. inquit. Solet queri cum masculus et femina/nec ille maritus /nec illa vxor alterius sibi met non filiorum precreandorum/sed per incontinentia solius concubitus causa concupulantur ea fide media ut nec illa cum altero/nec ille cum altera faciat id/ utruque nuptie sunt vocande. et potest fortasse non absurde hoc appellari concubium si usque ad mortem alicuius eorum. id inter eos placuerit. et proles generationem quam non ea causa conueniunt sunt /non tamen vitauerunt. vel nolunt sibi nasci filios. vel etiam in opere malo aliquo agant ne nascantur. Ceterum si vel utrumque vel unum eorum desit non inuenio quomodo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquas sibi ad tempus adhibuerit. donec aliquam dignam honoribus aut suis facultatibus inueniat quam in coniugio adducat animo ipso adulter est. nec cum illa quam cupit inuenire/sed cum illa cum qua sic cubat/ut cum ea non habeat maritale consortium. Ecce coniuges dicuntur qui solius concubitus causa conueniunt. si tamen proles generationem aliquo malo dolo non vitent

**De his qui procurant venena sterilitatis.**

**Q**ui vero venena sterilitatis procurant/non coniuges sed fornicarij sunt. Unde augustinus. Aliquando eorumque peruenit hec libidinosam crudelitatem/vel libido crudelis/ut etiam venena sterilitatis procuret. et si nihil valuerint conceptos fetus inter viscera aliquo modo extinguat vel fundat. volendo prolem suam prius interire quam viuere. aut si in utero viuebat/occidi antequam nasci. proorsus si ambo tales sunt/coniuges non sunt. et si ab initio tales fuerunt/non sibi per concubium sed per stuprum potius conueniunt/si vero ambo tales non sunt/audeo dicere. aut illa quodammodo est mariti meretrix/aut ille adulter vxoris

**Quando sunt homicide qui procurant**

**aboztum.**  
**H**ic queri solet de his qui aboz-  
 tum procurant quando iudicen-  
 tur homicide vel non. tunc puer-  
 perium ad homicidium pertinet/ quādo  
 formatum ē et animam habet vt aug. su-  
 per exodum assent. In forme autē puer-  
 perium vbi non ē anima viua/ lex ad ho-  
 micidium pertinere noluit. Dicit etiam  
 aug. qd in forme puerperium non habet  
 animam. ideoq; mulctat pecunia. n̄ red-  
 detur anima pro anima. sed iam forma-  
 to corpori anima datur/ non in concep-  
 tu corporis nascitur cum semine deriuat-  
 a. Nam si cum semine et anima consistit  
 de aia/ tunc et multe aie quotidie peunt  
 cum semen fluxu nō pficit natiuitati. pri-  
 mum oportet domum cōpaginari. et sic  
 habitatozem induci. Cum ergo linamē-  
 ta cōpacta non fuerint vbi erat anima.  
 Item iero. ad galasiam. Semina pau-  
 lacim formantur in vtero et tandiu non  
 reputatur homicidium/ donec elementa  
 confecta suas imagines membraq; susci-  
 piant. Et his apparet tunc eos homici-  
 das esse. qui aboztum pcurant cum for-  
 matum ē et animatum puerperium

**De excusatione coitus q̄ fit p̄ hec bona**

**Q**uoniam ergo tria bona in aliquo cō-  
 iugio simul occurrunt/ ad excusa-  
 tionem coitus carnalis valent.  
 Quando em̄ seruata fide thori causa p̄-  
 lis coniuges conueniunt/ sic excusatur coi-  
 tus vt culpam non habeat. Quando ve-  
 ro deficiente bono plis. fide tamen ser-  
 uata conueniunt causa incontinentie nō  
 sic excusatur vt nō habeat culpam/ sed  
 venialem. Unde aug. Coniugalis concu-  
 bitus generandi gratia non habet cul-  
 pam. Concupiscentie vero faciende. sed  
 tamen cum coniuge p̄ter thori fidem/  
 venialem habet culpam. Item hoc qd  
 coniugati victi concupiscentia vtuntur in  
 uicē vltra necessitatem liberos p̄creādi  
 ponat in his p̄ quibus quotidie dicim?

Dimitte nobis debita nostra etc. Vbi aus-  
 tem hec bona desunt fides scilicet et pro-  
 les/ non videtur coitus defendi a crimine  
 Unde in sententiolis sexti pitagorici le-  
 gitur. Omnis ardētior amator p̄prie vx-  
 oris adulter est. Item ieromim. Sapi-  
 ens iudicio amat coniugem. non affectu. n̄  
 regnat in eo impetus voluntatis. nec p̄-  
 ceptus fertur ad coitum. nichil est ferius  
 q̄ vxorem amare quasi adulteram. qui  
 dicunt se causa humani generis vxoribus  
 iungi imitent saltem pecudes. et postq̄  
 venter vxoris intumuerit non perdant fi-  
 lios/ nec amatores se vxoribus adhibeāt  
 sed maritos. Idem in matrimonio ope-  
 ra liberorum concessa sunt. voluptates  
 autem que de meretricū amplexibus ca-  
 piuntur in vxore damnate.

**De indulgentia apostoli quomodo sit accipienda.**

**S**ed si concubitus qui fit causa  
 proles culpa caret/ quid aposto-  
 lus secundum indulgentiā per-  
 mittit ita em̄ ait. Hoc autem dico secu-  
 dum indulgentiā. Cui em̄ prestatur ve-  
 nia nisi culpe. Per hoc etiam quidam p̄-  
 bare volunt nuptias esse peccatum. sed  
 vt predictum ē. Indulgentia alia ē con-  
 cessionis. alia permissionis. Egerat apo-  
 stulus de nuptijs et de carnali coitu et ad  
 verumq; retulit illud. hoc autem dico se-  
 cundum indulgentiā. Indulgentur em̄  
 nuptie secundum concessiones/ et concu-  
 bitus nuptialis qui fit t̄m cā proles. Cō-  
 cubitus vero qui est p̄ter necessitatem  
 generandi/ ob incontinentiā indulgetur  
 secundum permissionem/ quia ibi aliqua  
 est culpa sed leuis. Ideoq; non iubetur  
 nec conceditur quia non ē laudabilis s;̄  
 venialis. de hoc aug. sic ait. forte aliq̄s  
 dicet si veniam concessit apostolus/ er-  
 go peccatum sunt nuptie. cui em̄ venia  
 nisi peccato cōcedit. plane et qd infirmi-  
 tati permisit secundū veniam audeo di-  
 cere peccatū esse. veniā nanq; concedēs

apostolus concubitus attendit coniugatorum  
ubi est incontinentie malum. Incontinentie  
malum quod vir cognoscit uxorem. etiam ultra  
necessitatem procreandi liberos. sed et ibi  
est nuptiarum bonum. Non enim quia in-  
continentia malum est / ideo coniugium ubi  
est concubitus preter intentionem genera-  
tionis non est bonum. non propter illud  
malum / culpabile est hoc bonum. sed illud  
malum fit veniale / propter bonum nuptia-  
le. Quod non reprehendit apostolus. sed  
malum incontinentie. Idem concubitus  
qui non fit causa proles / nuptie non con-  
gunt fieri / sed impetrant ignosci. si tamen  
non ita sit nimis ut impediatur tempora que  
orationi debentur nec immutetur in eius  
usum qui est contra naturam. Concubitus  
enim necessarius causa generandi incul-  
pabilis. et solus ipse nuptialis est. Ille ve-  
ro qui ultra necessitatem progreditur /  
non rationi sed libidini obsequitur. et hunc  
non exigere / sed reddere coniugi ne for-  
nicetur / ad coniugem pertinet. Si vero  
ambo tali concupiscentie subiciuntur / et re-  
faciunt que non est nuptiarum. cuius de-  
licti non sunt nuptie hortatrices / sed de-  
precatrices. Decus quidem conjugale  
est castitas procreandi et reddendi carnalis  
debiti fides / hoc est opus nuptiarum. quod  
ab omni peccato defendit apostolus di-  
cens. Non peccat virgo si nupserit. Cuius  
ergo culpabilis non sit generandi inten-  
tione concubitus qui proprie nuptiis impu-  
tandus est. Quid secundum veniam conce-  
dit apostolus / nisi quod coniuges debitum  
carnis exposcunt. non propter voluntate.  
sed libidinis voluptate. Que tamen  
voluptas non propter nuptias cadit in cul-  
pam / sed propter nuptias accipit veniam.  
Immoderata ergo progressio secundum  
veniam conceditur. Quocirca et hinc lau-  
dabiles sunt nuptie. quia etiam illud quod  
non pertinet ad se / ignosci faciunt propter  
se. Non enim concubitus iste quo seruitur  
concupiscentie / agitur ut impleatur fetus  
quem postulant nuptie. Omnino er-  
go in genere suo nuptie bone sunt. quia

fidem thori seruant. et proles suscipiens  
de causa utrunque seruum commiscere et im-  
pietatem separationis horrent. Sanctis-  
tati etiam coniugij nec coniunx infidelis  
obesse potest. sed potius fidelis prodes-  
se infideli. ut apostolus docet. Ex his o-  
stenditur quod coniuges qui causa proles  
tantum conueniunt. vel qui exigentibus  
debitum reddunt / defendit a peccato san-  
ctitas coniugij. bonumque nuptiale. Si enim  
absque peccato non posset fieri concubitus  
coniuugalis / non precepisset dominus per  
diluuium eos copulari dicens. crescite et  
multiplicamini cum iam sine carnali con-  
cupiscentia non possent commisceri.

**Q**uod non omnis delectatio carnis pec-  
catum est.

**S**ed forte aliquis dicet omnem  
carnis concupiscentiam et dele-  
ctationem que est in coitu mala  
esse et peccatum. quia ex peccato est. et  
immoderata. et nos dicimus illam concu-  
piscentiam semper malam esse. quia fe-  
da est. et pena peccati / sed non semper pec-  
catum est. Sepe enim delectatur vir secun-  
dum carnem in aliqua re. ut requiescen-  
do post laborem. edendo post esuriam.  
nec tamen talis delectatio est peccatum  
nisi sit immoderata sic et delectatio que fit  
in coitu coniugali cui assunt illa tria bo-  
na a peccato defenditur. Videtur tamen  
beatus gregorius. aliter sentire scilicet quod sine  
peccato non possit fieri carnalis admixtio  
dicens. Vir cum propria coniuge dormiens  
nisi lotus aqua / ecclesiam intrare non de-  
bet. quibus diuersae hominum nationes de  
hac re diuersa sentiant et alia custodire  
videantur. Romanorum tamen semper  
ab antiquioribus usus fuit / post ammix-  
tionem proprie coniugis. et lauacri purifi-  
cationem querere. et ab ingressu ecclesie  
paululum tempore. nec hoc dicentes cul-  
pam deputamus esse coniugium. sed quod  
ipsa licita admixtio coniugis / sine volup-  
tate carnis fieri non potest / a sacri loci



ingressu est abstinentium. qz voluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest.

**D**eterminat autoritates.

**H**oc autē ne predictis obuiet intelligendum est in illis qui non gratia prolis conueniunt quoz voluptas non est sine peccato. et viri qui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experientes. qui non interdum conueniant preter intentionem procreande prolis. hoc autē quotiens fit. ab ingressu ecclesie abstinentium est. et qz ita intelligendum sit gregorius consequenter ostendit. Si quis vero sua coniuge. non cupidine voluptatis raptus. sed tantum procreandorum liberorum gratia vti. iste profecto siue d' ingressu ecclesie siue de sumendo corporis dominici ministerio est iudicio relinquendus. quia prohiberi a nobis non debet accipere qui in igne positus nescit ardere. Tu vero non amor procreande sobolis. sed voluptas dominatur in opere coniunctionis habeant coniuges etiam de coniunctione sua quod de fleat. Tunc autem vir qui post amixtionem coniugis lotus aqua fuerit. etiam sacram comunem valet accipere cum ei secundum prescriptam sententiam ecclesiam etiam licuerit intrare.

**De solucōne carnalis debiti.**

**S**cendum etiam est. qz cū in omnibus alijs vir presit mulieri ut caput corpori. est em̄ vir caput mulieris in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo apostolus utriusque pariter precipit. in hac causa sibi inuicem subici iūgens. vir debitum reddat uxori similiter et uxor viro. quia mulier non habet potestatem sui corporis sed vir. similiter et vir non habet potestatem sui corporis. sed mulier. Quia nec mulier ad alium virum nec vir ad aliam mulierem potestatem habet sui corporis. Nec vir ad continentium. nec mulier

potestatem habet sine mutuo consensu sed alter alterius potestatem habet corporis. ut poscenti alteri non liceat alteri negare debitum. In hoc em̄ pares sunt. qz nec viro nec mulieri corpus suum licet alij tradere. sed sibi inuicem debitores sunt in hac causa. ne peccandi detur occasio. per quod non dominium tollitur viro sed vitium. Debent em̄ sibi coniugari. non solum ipsius sexus sui commiscendi fidei liberorum procreandorum causa que prima est in ista mortalitate societas verum etiam infirmitas inuicem excipiente ad illicitos concubitus deuitandos mutuam quodammodo seruitutem. ut et si alteri eorum continentia placeat nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc em̄ neuter habet potestatem sui corporis. quod adeo verum est. ut etiam qz non filiorum procreandorum sed infirmitatis et continentie causa expetit vel ille de matrimonio vel illa non sibi alterutrum negent. ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas. Reddere em̄ debitum coniugale nullius est criminis. exigere autem ultra generandi necessitatem culpe est venialis. fornicari vero vel mechari puniendi est criminis.

**Neuter continere valeat nisi ex communi consensu.**

**Q**uod vero sine consensu uxoris vir continere non valeat subditis probatur testimonio. Sic em̄ aug. Si dicat vir. continere iam volo. nolo autem uxor. non potest. Ad em̄ tu vis illa non vult. Nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria. Si alij nupserit te viuo adultera erit. Non vult tali lucro deus tale damnum commensari. Redde debitum et si non exigis redde per sanctificationem perfectam deus tibi computabit. si non quod tibi debetur exigis sed reddis quod debes uxori. Ideo secundum verba apostolica etiam si vir continere voluisset et tu noluisse debitum

tibi reddere cogere. et illi deus imputaret continentiam si non sue sed tue concederet infirmitati ne in adulterium caderes. Quisquis ergo compatiens infirmitati uxoris reddit non exigit debitum aut si propter propriam infirmitatem ducit uxorem plangens potius. quia sine uxore esse non potuit. quam gaudens quia duxit securus expectat diem nouissimum. Iohannes una causa sola esse potest qua te ad id quod uouisti non modo non hortaremur sed etiam prohiberemus implere. si forte tua communis hoc tecum suscipere animi vel carnis infirmitate recusaret. nam uouenda talia non sunt a coniugatis nisi ex consensu et uoluntate communi. et si prepropere factum fuerit magis est corrigenda temeritas quam persoluenda promissio. Non enim deus exigit si quis ex alieno aliquid uouerit. sed potius usurpare uetat alienum. Idem apostolus nec ad tempus ut uacet orationi nisi ex consensu uolunt coniugem carnali inuicem fraudari debito. Idem manifestum est ita uoluisse legem. feminam sub viro esse ut nulla eius uota que abstinentie causa uouerit reddantur ab ea nisi auctoris fuerit uir promittendo. nam cum ad peccatum eiusdem uiri pertinere uoluerit lex. si prius permisit et postea ea prohibuerit non tamen dixit ut faciat mulier quod uouerat quia permissa iam prius a viro fuerat. Viri dixit esse peccatum. quia abnuat quod prius concesserat. non tamen mulieri ex hoc iussum dedit. ut cum prius uir ei concesserat. postea si prohibuerit contemnatur. Ex his apparet quod uir vel mulier continentiam deo offerre non potest sine communi consensu. nec alter alteri debitum negare debet. si uero quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit ad preteritam seruitutem nunquam reuocare poterit. Hoc enim uidetur augustinus supra uoluisse. quibusdam uidetur quod mulier non discedens a domo uiri. que viro permittere continentiam permisit eodem prohibente solueri non valeat. et hoc propter dignitatem vi-

ri qui est caput mulieris. sed melius hoc intelligitur in tali casu ubi uir concedit mulieri uouere continentiam. et ante uotum prohibet implere si uero habitum mutauerit non potest reuocari secundum illud. Qui uxorem suam uelare permiserit aliam non accipiat sed sibi conuertat.

Quibus temporibus cessandum sit a coitu.

**Q**uod licet debitum poscenti sit soluendum non licet tamen qualibet die poscere. unde augustinus. Christiano cum uxore sua aliquando licet conuenire. aliquando non propter processionis enim dies et ieiuniorum aliquando non licet conuenire. quia etiam a licitis abstinendum est ut facilius impetrari possit quod postulat. Idem quotiens enim uel dies natiuitatis. uel relique festiuitates aduenerint non solum concubinarum consortio. sed etiam a propriis uxoribus abstinere. Item ambrosius. Si causa precreandum suorum filiorum ducitur uxor non multum tempus concessum uidetur ad ipsum usum. quia et dies festi et dies processionis et ipsa ratio conceptus et partus iuxta legem cessare usum carnis his debere temporibus demonstrant.

Iero. uidetur dissentire a premissis.

**I**lli autem quod dictum est reddere debitum non esse peccatum uidetur obuiare quod ait ieronymus. Quicumque uxori debitum reddit uacare non potest orationi. nec carnes agnoscere. Item si panes propositionis ab his qui uxores suas tetigerant comedere non poterant. Quantomagis panis qui de celo descendit non potest ab his qui coniugaliibus pauloante hese complexibus uolari atque contingi non quod nuptias condemnemus sed quod eo tempore quo carnes agnoscimus manducaturi sumus uacare a carnalibus operibus debeamus. Hoc capitulum maxime ad ministros ecclesie pertinere

videtur quibz non licebat sacra officia celebrare/atq; misteria tempore coniu-  
galis amplexus quo etiam presentia spi-  
ritussancti non dat. Unde idem ait. Con-  
nubia legitima carent quidem peccato.  
nec tamen tempore illo quo conjugales  
actus geruntur presentia spiritussancti  
dabitur/etiam si ppheta esse videatur q  
officio generationis obsequitur.

**¶** Quibus temporibus non sunt celebran-  
de nuptiis.

**N**ec solum in opere carnali obser-  
uanda sunt tempora. sed etiam  
in celebrandis nuptiis. secundū  
illud. Non oportet a. lxx. vsq; in octauā  
pasce & tribus ebdomadibus ante festū  
sancti iohannis. & ab aduentu domini vl-  
q; post ephiphaniam celebrare nuptias  
Quod si factum fuerit separentur. Itē  
nicolaus papa. Nec vxorem ducere nec  
coniugia facere quadagesimali tempo-  
re duemire posse nullo modo arbitro.

**¶** De diuersis coniugij legibus. *Ar. 73.*

**Q**ueritur hic de antiquis patris-  
bus qui plures simul leguntur  
habuisse vxores vel concubinas  
vtrum peccauerint. Ad quod dicim? p  
varietate temporum varia inuenitur dis-  
pensatio conditoris. Ab exordio enim  
temporis inter duos tantum adam sci-  
licet & euam inchoatum est coniugium/  
deo per os ade dicente. homo adhe-  
rebit vxori sue. & erunt duo in carne vna  
& secundum inchoationis modum inter  
duos tantum per omnem successionem  
temporum coniugium contraheretur.  
si primi homines in obedientia persistis-  
sent. Post eorum vero copulaz filij & fi-  
lie eorum matrimonio coniuncti sunt sed  
vnus vni tantum. Ideo autem fratres  
sororibus sunt copulati /quia non erant  
alie mulieres vel viri. quibz ade filij vel  
filie iungeretur. Primus omnium lamech

duas legit simul habuisse vxores. & hoc  
in eo arguitur. quia pro expletione car-  
nalis voluptatis id fecisse perhibetur.  
Postea vero cuz iam pene omnes homi-  
nes falsis dijs seruirent paucis in cultu  
dei permanentibus consultum est a deo  
plures in matrimonium copulare sibi ne  
illis paucis deficientibus cultus & notis-  
cia dei deficeret. Unde abraham viuens  
te vxore ad ancillam intrauit & ex ea ge-  
nuit. iacob etiam liberis & ancillis se co-  
pulauit. & filie loth. patre ebrio vse sunt  
Cum em̄ ceteris i idolatria relictis abra-  
ham & filios eius in peculiarem populū  
sibi dominus delegisset/rite fecundita-  
te mulcarum mulierum populi dei mul-  
tiplicatio querebatur. quia in successio-  
ne sanguis erat successio religionis. Un-  
de etiam in lege. Maledicta erat sterilis  
que non relinquebat semen super terraz.  
Hinc etiam sacerdotibus coniugia des-  
creta sunt quia i successionem familie /suc-  
cessio est officij. Non ergo abraham vel  
iacob deliquit. quia preter vxorem filios  
ex ancilla quesuit/nec illozum exemplo  
preter coniugale debitum fecunditatez  
in aliqua licet alicui querere cum illozum  
coniugia nostrorū equantur virginitati.  
& immoderatus vsus coniugij nostri tē-  
poris turpitudinem fere imitetur forni-  
cationis illius temporis. De hoc aug.  
sic ait. Antiquis iustis non fuit peccatus  
q; pluribus feminis vtebantur. nec con-  
tra naturam hoc faciebant cum non las-  
sciendi causa sed gignēdi hoc facerēt  
nec contra morem. quia eo tempore ea  
fiebant. nec contra preceptum. quia nul-  
la lege erat p̄bitum. Idem obiciunt  
iacob quatuor vxores qd̄ quando mos  
erat / crimen non erat. sic patriarche  
coniugibus excipientibus semen suū mi-  
scebantur/non concupiscentia perficien-  
de voluptatis/sed prudentia propagan-  
de successionis. sicut apostoli auditori-  
bus suis admirantibus doctrinam suam  
condelectebant. non auditate se q̄nde  
laudis/sed caritate semmāde veritatis

Idem alibi. Antiquis temporibus cum adhuc salutis nostre misterium velaret iusti officio propagandi nuptias contraherent non victi libidine. sed ducti pietate. qui multo facilius continere possent et vellent. Vtebantur tamen coniugiis. et plures vni viro habere licebat. quas castius habebat quam nunc vna quilibet istorum in quibus videmus quod secundum veniam accedit apostolus. Habebant enim eas in opere generandi. non in morbo desiderij. Item ambro. Dixit sara ad abraham. Ecce oculi mei domini ut non pariam. Intra ergo ad ancillam meam ut filium facias ex ea. et ita factum est. considera primum quod abraham ante legem moysi et ante euangelium fuit. Non ergo in legem commisit abraham sed legem praeuenit. Non enim interdictum videbatur. Secundo considera non ardore aliquo vage succensus libidinis. non peculantis forme captus decore ancille concubermio conjugales post habuit thorum. sed studio querende posteritatis. et propagande sobolis. adhuc post diluuium raritas erat humani generis. erat etiam religio. Denique et loth sancti hanc filie causam querende posteritatis habuerunt. ne genus deficeret humanum et ideo publici muneris gratia. priuatam culpam preterit. Item aug. Iustus quoniam uis cupiat dissolui et esse cum christo. tamen sumit alimentum non cupiditate viuendi sed officio consulendi ut maneat quod necessarium est propter alios. sic misceri feminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis uiris non libidinosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis. hoc est concubitus ad salutem humani generis. et utrumque non est sine delectatione carnali. que tamen moderata et refrenante temperantia in usum naturalem redacta. libido esse non potest. Quod autem in sustentando uita illicitus est cibus. hoc est in querenda prole fornicarius vel illicitus concubitus. et quod est in cibo licito immoderatio appetitus hoc est in coniugiis veniale et concubitus

Non preferatur uirginitas iohannis castitati abrahe

Quod uero castitas uirginalis non preferatur in merito conjugali. castitati abrahe Aug. ostendit inueniens. Sicut non est impar meritum patientie in petro qui passus est. et in iohanne qui passus non est. sic non est impar meritum continentie in iohanne qui nullas expertus est nuptias. et in abraham qui filios genuit. nam illius celibatus. et istius concubitus per temporum distributionem christo militauerunt. sed continentiam iohannes in opere. abraham solo habebat habitu. Melior est autem castitas celibum quam nuptiarum. Quarum una abraham habebat in usu. ambas autem in habitu. Caste enim coniugally uixit. esse autem castus sine coniugio potuit sed tunc non oportuit. Item ieremias. Quis ignorat sub alta dispensatione dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti cuius nunc christiani sunt. Quomodo autem abraham placuit in coniugio. sic nunc uirgines placent in castitate. Seruiuit ille legi et tempori suo. seruiamus et nos legi et tempori nostro in quos fines seculorum deueniunt. Ex his apparet. quod sancti patres ante legem sine peccato plures habuerunt uxores vel concubinas. eas enim nunc uxores appellat scriptura nunc concubinas. Rachel tamen et lia ambe uxores fuerunt non concubine. Si quis opponat. quod fidem thori non seruabant illi patres. dicimus in hoc seruasse fidei thori. quia non alijs sed proprijs uxoribus vel ancillis miscerentur. Ecce que fuerit consuetudo in hac re ante legem. Legis uero tempore interdixit moyses carnalem copulam fieri cum matre. cum nouerca cum sorore. cum nepte. cum amica. cum matertera. cum nuru et alijs quibusdam. Permisit autem diuortium fieri dato libello repudij. In quo uir scribebat causas pro quibus uxorem repudiabat. Permisit autem aliam ducere dato prior

*Abraham coniugali et herede q. x.*

*De uirginitate p. p. p. p. p.*

*3. 1. x.*

libello qđ propter duriciā cordis eorū  
permittit xp̄c dicit. Non ut concederet  
discidium. sed ut tolleretur homicidiū.  
Permisit fieri mala ne fierent peiora. et  
hoc permittendo non dei iusticiā demō  
stravit. sed in peccatore minuit culpam

#### **Cui licebat plures habere vel non**

**S**ed nūquid sub lege licebat ha-  
bere plures uxores. Nudi quid  
scriptū ē in deuteronio. Nō habebit  
uxores plurimas que alliciant animā eū  
super quem locū ait aug<sup>9</sup>. Manifestum  
est salomonē hoc preceptum transisse.  
Dauid autē plures habuit. nec preceptū  
preterijt. Permissum est em̄ regi plures  
habere. non plurimas que alliciant ani-  
mam multiplicare. Cum tamē additur  
ut nō eleuetur cor eius alienigenas pro-  
hibitū esse videtur. Verūtāmē multipli-  
catio uxorum generaliter phibita est.  
Permissum est autē regi plures habere  
sed non multiplicare. Vemente autē ple-  
nicudina tempore quo xp̄i gratia vbiq;  
est dilatata. reducta ē lex nuptiarū ad  
priorem honestioremq; institutionem ut  
vnus vni in figura xp̄i et ecclesie coniun-  
gatur. Nec queritur electio muneris in  
successione generis. sed in perfectione vi-  
te et sinceritate sciencie et virginitas fe-  
cunditati preferitur et sacerdotibus con-  
tinentia indicitur.

#### **De virginitate mentis et carnis**

**M**elior ē autem virginitas mētis  
q̄ carnis. Vnde ambro. Tolera-  
bilis est mentem virginem q̄  
carnem habere. vtrunq; bonum ē si lice-  
at. Si non liceat saltem non homini ca-  
sti sed deo sum<sup>9</sup>. Virgo p̄stitū potest.  
adulterari non potest nec lupanaria in-  
famant castitatem. sed castitas etiā lo-  
ci abolet infamiam. Idem nō potest ca-  
ro ante corūp̄tū nisi mēte ante fuerit cor-  
rupta. Item isidorus. non potest corp<sup>9</sup>

corumpi nisi prius animus corruptus  
fuerit. Quidā em̄ a contagione anima/  
caro non peccat. In fine huius capituli  
aperitur quomodo verus sit nisi anima  
prius fuerit corrupta / corpus non posse  
corumpi scilicet peccato. Illud etiam  
augustinū aduertendū ē sicut inquit san-  
ctius ē mori fame q̄ ydolaticis vesci / ita  
sanctius ē defungi sine liberis / q̄ ex illicito  
coitu stirpem querere. Vnde cūq; ve-  
ro nascantur homines si parētum vicia  
non sectentur. et deum recte colant / ho-  
nesti et salui erūt. Semen em̄ ex qualicūq;  
q; homine dei creatura ē. et eo male vtē-  
ti male erit / nō ipsū aliquādo malū erit

#### **De personis legitimis. *Secundo***

**N**unc superest attendere que per-  
sone sint legitime ad contraben-  
dum matrimonium. Legitime iu-  
dicantur persone secundum statuta pa-  
trum que diuersa sunt. alie nanq; fuerūt  
legitime ante leges. alie sub lege. alie in  
tempore gratie. Item in primitiua eccle-  
sia quedam erant legitime que modo nō  
sunt. earū vero que modo legitime sūt  
vel illegitime. quedam sunt plene legitime.  
quedam omnino illegitime. quedam  
medie. plene legitime sunt quibus non  
obuiat votum continentie vel ordo sa-  
cer vel cognatio vel dispar cult<sup>9</sup> vel cō-  
ditio. vel nature frigiditas et si quid est  
aliud. p̄mitt<sup>9</sup> vero illegitime sunt p̄ vo-  
tum. p̄ ordinem. per cognationē. per dis-  
parem cultum. Medij vero sunt nec ple-  
ne legitimi. nec omnino illegitimi per  
frigiditatem. per conditionem. Si enim  
tales iungūtur ignorantē remanere pos-  
sunt quibusdā accidentibus causis. et eis-  
dem deficientibus diuidi

#### **De frigidis separandis**

**D**e his em̄ qui causa frigiditatis  
debitum reddere non possunt /  
consulit beatus gregorius. ut

permaneant / sed si mulier causatur dicēs  
 volo esse mater et filios procreare de-  
 creuit ut uterque eorum .vij. manu propin-  
 quorum iuret. quod unquam carnaliter con-  
 uenerunt / et tunc mulier secundas nupti-  
 as contrahat. Vir autem qui frigide na-  
 ture est / absque spe coniugij permaneat.  
 Sit enim sic. Interrogastis de his qui ma-  
 trimonio iuncti sunt et nubere non possunt  
 si ille aliam vel illa alium ducere possit.  
 De quibus scriptum est. Vir et mulier si se-  
 diuixerint et post dixerit mulier de viro  
 quod coire non possit cum ea. si potest pro-  
 bari quod dicat per iustum iudiciū aliū ac-  
 cipiat. Si vero ille acceperit alias / sepa-  
 rentur. Item de his requisisti qui ob hanc  
 causam frigide nature dicunt se non pos-  
 se inuicem operam carnis dantes com-  
 misceri. Iste vero si non potest ea uti pro-  
 xore habeat eam quasi sororem. quod  
 si retinaculum conjugale voluerit rescin-  
 dere maneant utriusque inuicti. nam si hu-  
 ic non potuit naturaliter concordare quomodo  
 modo alteri conueniet. Igitur si vir ali-  
 am uxorem vult accipere / manifesta pa-  
 tet ratio quia suggerente dyabolo odij  
 fomitem exosam eam habuerit. et ideo  
 eam dimittere mendacij falsitate molitur.  
 Quod si mulier causatur et dicit volo esse  
 mater et filios procreare. Uterque eorum  
 septima manu propinquorum tactis sacro-  
 sanctis reliquijs iureiurando dicat. ut nū-  
 quam per commixtionem carnis coniuncti  
 vna caro effecti fuissent. Tunc videtur mu-  
 lierem secundas posse contrahere nupti-  
 as. humanum dico. propter infirmitatem  
 carnis eorum. vir autem qui frigide na-  
 ture est. maneat sine coniuge. Et si il-  
 le aliam coniugem acceperit. tunc hi qui  
 in rauerant periurij crimine rei teneantur.  
 et penitentia peracta priora cogantur re-  
 cipere comubia. Hoc seruandum est cum  
 uterque idem fatetur. Sed vir si asserit se  
 debitum reddidisse uxori et illa diffiteatur  
 cui potius fides habenda sit / merito que-  
 ritur. De hoc ita statutum est. Si quis ita  
 acceperit uxorem et habuerit eam aliquo

tempore. et ipsa femina dicit. quod nunquam cois-  
 set cum ea. et ille vir dicit quod sic fecit. in  
 veritate viri consistat / quia vir est caput  
 mulieris / hoc de naturali impossibilitate  
 statutum est.

#### De his qui maleficijs impediti coire non possunt.

De maleficijs autem impedimento  
 hoc tenendum decernitur. Et si  
 per sortiaras et maleficas con-  
 cubitus non sequitur hortandi sunt qui-  
 bus ista euentur et spiritu conuicti et hu-  
 miliato deo et sacerdoti de omnibus pec-  
 catis confessionem faciant / et lacrimis at-  
 que elemosinis / orationibus et ieiunijs do-  
 mino satisfaciāt / et per exorcismos ac ce-  
 tera ecclesiastice discipline munimina  
 ministri ecclesie tales sanare procurent.  
 Quod si non potuerint separari valebunt  
 sed postquam alias nuptias expetierint il-  
 lis uiuentibus quibus iuncte fuerint prio-  
 ribus quos reliquerant. etiam si possibi-  
 litas concubendi eis reddita fuerit res-  
 conciliari nequebunt. Quod in fine huius  
 capituli continetur ex rigore magis dis-  
 cernendum est quam ex canonica equi-  
 tate. Vel intelligendum est non posse res-  
 conciliari prioribus nisi iudicio ecclesie  
 quo diuiso facta fuerat.

#### De furiosis addit

Furiosi quoque dum in amentia sunt  
 matrimonium contrahere non va-  
 lent. Unde fabianus. Neque furio-  
 sus neque furiosa matrimonium contrahere  
 possunt / sed si contractum fuerit non  
 separentur. Item nicolaus papa. Hi qui  
 matrimonium sanum contraxerunt et vni  
 ex duobus vel ambobus amentia vel fu-  
 roz vel aliam infirmitas accesserit ob hanc  
 infirmitatem talium coniugia solui non  
 possunt. Similiter est etiam sciendum de  
 his qui ab aduersarijs excecant vel men-  
 bris truncant vel a barbaris exsecuti fuerit

De his qui cum duabus sororibus dormiunt.

**O** his etiam qui cum duabus sororibus vel cum duobus fratribus dormiunt videndum est quid censeant canones. Qui dormierit cum duabus sororibus et una ex illis ante fuerit uxor/neutram ex ipsis habeat nec ipsi si adulteri unquam in coniugio copulentur. Item nec proprie uxori licet sibi reddere debitum quam sibi reddidit illicita; sororem eius cognoscendo/nec etiam post mortem uxoris licet ei vel adultere copulari. Item zacharias papa. concubisti cum sorore uxoris tue si fecisti. neutram habeas et uxor tua si non fuerit conscia sceleris et continere non vult nubat in domino cui vult. Tu vero et adultera si ne spe coniugij maneatis et dum viuitis penitentia; agite. Quod ait cui vult nubat. intelligendum est post mortem viri. Unde grego. Qui uxores suas in adulterio deprehendunt/nec ille/nec illa aliam uxorem accipiat. vel alium virum quam diu ambo viuunt. si vero adultera mortua fuerit/vir eius si vult nubat. adultera vero nunquam. et si mortuus fuerit vir eius. sed omnibus diebus penitentiae lamenta perfoluat.

Non est dimittenda uxor pro aliqua macula seu deformitate corporis.

**H**ic de illo adulterio agitur quod cum cognato viri vel cum cognata uxoris committitur. illud etiam sciendum est quod pro aliqua infirmitate vel macula corporali/non licet viro uxorem dimittere et econuerso/ sed debet alter alteri subsidia prouidere. Unde aug. Si uxorem quis habeat sterilem siue debilem membris uel cecam uel claudam uel surdam uel si quid aliud. siue morbis vel laboribus. doloribusque confectam et quidquid excepta fornicatione excogitari potest. vehementer horribile/pro societate fideque sustineat.

Eodem iure vitur vir et mulier.

**H**oc etiam notandum est quod cum dominus concedat uxorem dimitti causa fornicationis viro eadem licentia non collitur feminis. Unde iero. Precepit dominus uxorem non dimitti excepta causa fornicationis. et si dimissa fuerit manere innupta. quidquid viris precipitur/hoc consequenter reddat ad feminas. Non enim adultera uxor dimittenda est. et vir mechus tenendus. Item apud nos quod non licet feminis eque non licet viris. et eadem seruituri pari conditione censetur. Ex his ostendit quod mulier potest super fornicationem virum conuenire ut vir mulierem. Unde innocentius papa. Christiana religio adulterum in utroque sexu pari ratione condennat/ sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant. viri autem liberius uxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt. et ideo mulieribus pro dito earum crimine negatur communitio virorum ante latente commissio/non facile quisquam ex suspicionibus arceatur qui submouebitur/si eius flagitium detegat.

Uxor fornicariam nequit dimittere vir nisi si ipse expers fuerit et econuerso.

**S**ed vero queritur an adulter adulteram possit dimittere causa fornicationis. Dicimus quia nequit adultera uxor dimitti a viro/nisi et ipse expers fornicationis existat et econuerso. Unde aug. Nihil iniquius est quam causa fornicationis dimittere uxorem/ si et ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud in quo alterius iudicis teipsum condemnas. Qua propter quisquis fornicationis causa vult abicere uxorem/ prior debet esse a fornicatione purgatus. quod similiter et de femina dixerim. Idem indignantur mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis penas. cum tanto grauius eos puniri

oportuerit. quantomagis ad eos pertinet. et virtute viri esse. et exemplo regere feminas. Et his apparz qz adulter ad alterā dimittere non valet et econuerso

**¶ Possunt reconciliari qui separantur causa fornicationis.**

**S** quis autem fornicationis ex se pers fornicariam dimiserit alij copulari nō potest. sed continere oportet vel ad dimissam redire. sic et de feminis. Vnde et apostolus. His qui matrimonio iuncti sunt precipio nō ego. sed dominus uxorem a viro non discedere. qz si discesserit manere innuptā aut viro suo recōciliari. et de viro addit et vir uxore non dimittat. **Sed ambro.** ait. Ideo nō subdit de viro sicut dō muliere quia licet viro aliam ducere. Sed hoc a falsarijs in ambrosij libro positus creditur. Supplendum enim in viro qd de uxore premisit. aperte dicit augustinus. Quare non addit de muliere qd premisit de viro non qz similem formaz vult intelligi. Vt si dimiserit quod causa fornicationis permittitur. maneat sine uxore aut reconcilietur uxori. Idem si nec nubere illi cōceditur viro uiro a quo recessit nec huic alteram ducere. viua uxore quam dimisit. multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. Idem. vt nō facile dimittatur uxore. dominus solam fornicationis causam excepit. ceteras vero vniuersas molestias si que extiterint iubz pro fide conjugali et p castitate fortiter sustineri. et mechum dixit. qui a suo viro solutaz duxerit. Et his ostenditur qz si causa fornicationis sit separatio non potest vir vel mulier in aliam transire copulā Possunt autē reconciliari et cohabitare si prius dimissum alter reuocare voluerit.

**¶ Que predictis videntur obuiare.**

Itē tamē iohannes crisostim⁹ sicut crudelis et iniqu⁹ est qui castam dimittit. sic fatu⁹ est et iniquus qui retinet meretricem. Patronus em̄ turpitudinis ē qui celat crimen uxoris. **Item iero.** Cum mulier vnam carnem in aliam dimiserit et se fornicatione a marito separauerit. nō debet teneri ne virum quoqz sub maledicto faciat. dicēte scriptura. Qui tenet adulteram stultus et impius est. Idem ad amandū scribens presbiterum de quadam que viro suo viuente alij nupserrat sic ait. Item nouam loquor immo non nouā sed veterē qz veteris testamti auctoritate cōfirmat. Si reliquerit secunduz virum mulier et reconciliari uoluerit prior non potest.

**¶ Determinatio.**

**S**ed hec omnia intelligenda sūt de illa que ab adulterio recedere noluit. nec per penitentiā peccatum delere. Qd si uir scienter patitur consentire uidetur. Si em̄ in adulterio pseuerare elegit. patronus turpitudinis et lenocinij reus maritus habebitur nisi eam adulterij ream facere uoluerit. Si autem a peccato recesserit et per penitentiā illud purgauerit. poterit uiro recōciliari. Vnde aug. Quid tibi durum uideatur ut post adulterium reconcilietur coniunz si fides assit non erit durū. Cur em̄ adhuc deputamus adulteros quos credimus penitentiā esse sanatos. Idem non erit turpis nec difficilis etiam post patrata et purgata adulteria reconciliatio coniugij. ubi per clauēs regni celoꝝ non dubitatur fieri remissio peccatoꝝ non ut post uiri diuortium adultera reuocetur. sed ut post xpi consortium adultera non uocetur. **Item gregorius** debet recipere peccatricem que penitentiā egit sed non sepe. **Item hermes.** Si uir scierit uxorem suam deliquisse et nō egerit penitentiā mulier. sed permanet in fornicatione sua et uir uiuit cum illa. uir



reus erit et particeps peccati eius. **Q**uod si mulier dimissa egit penitentiam et voluerit ad virum reuerti debet recipere peccatricem que penitentiam egit sed non sepe.

**De illis qui se ante polluerunt per adulterium.**

**S**olet etiam queri an valeat duci in coniugium que prius est polluta per adulterium. **De hoc leo papa ait.** Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit per adulterium. **Item** relatum est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius uxorem stupro violasse et insuper mecham iuramentum dedisse quod post legitimum mariti mortem si superuiveret duceret eam in uxorem quod et factum est. **Tale ergo** connubium prohibemus et anathematizamus. **His alijsque** auctoritatibus vetantur in coniugium copulari que se prius adulterio maculauerunt sed contra **augustinus** testatur dicens. **Demum** mortuo eo cuius quo fuit verum connubium fieri potest coniugium cum qua precessit adulterium. **Item** posse fieri sane licitas nuptias ex personis illicite committis honesto placito subsequente manifestum est.

**Determinatio.**

**S**ed hec et ultima auctoritas de concubinis loquitur prohibens concubinam posse transire ad honestum placitum nuptiarum si castitatem et fide seruare velit. **Prima vero** auctoritas **augustini** de illis agit qui de peccato penituerunt et nihil in morte viri machinati nec viuentem viro fidem adultere dedit mecham / quod eam in coniugio duceret si superuiveret. **Qui vero** hoc faciunt / premissis alijs auctoritatibus prohibentur copulari.

**Si pro extrema conditione valeat vxor separari a viro et econuerso.**

**N**unc de conditione videamus an valeat coniugium diuidere. **Ad** quod dicimus quia non negatur ingenua posse nubere seruo / sed si nescitur esse seruus conditionis / libere potest dimitti cum seruus eius fuerit deprehensa. **secundum illud.** Si quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit et estimat quod ingenua sit si ipsa femina fuerit postea in seruitutem deiecta / si eam a seruitute redimere potest faciat si non potest si voluerit aliam accipiat. **Si vero** ancillam eam scierat et collaudauerat post eam ut legitimam habeat. **Item ex eodem.** Si femina ingenua acceperit seruum sciens quod seruus esset / habeat eum quia omnes vnius patrem habemus in celis / vna lex erit viro et femine. **Cum dicitur** sciens illum seruum datur intelligi quod si nescierit illum seruum esse / non cogitur manere cum ipso. **Si enim** conditionis dolum patitur / non cogitur adherere ei cuius fraude decepta est. **Si autem** scierit vir conditionem mulieris / vel econuerso / non valet eam dimittere. **Unde zacharias papa.** Si quis liber ancillam in matrimonio acceperit / non habet licentiam dimittendi eam si consensu ambozum coniuncti sunt / nisi ob fornicationem de illis agit quibus alterutrius conditio nota est quando diunguntur.

**De copula sui et ancille diuersorum dominorum.**

**Q**ueritur etiam si seruus vnius ancillam alterius acceperit an sit iter eos coniugium. **De hoc etiam** ita statutum est. **Dicitur enim** nobis quod quodam legitima seruorum matrimonia potestatiua quadam presumptione dirimantur non attendentes illud quod deus coniunxit homo non se. **unde nobis** visum est ut coniugia seruorum non dirimantur etiam si diuersos dominos habeant sed in vno coniugio permanentes dominis seruiant illis et hoc in illis obseruandum est vbi legalis coniunctio fuit et per voluntates

do hec ad hanc partem et  
sua dicit in p. 11. cap. 11. q. 11.  
dicitur ad hanc partem et  
dicitur ad hanc partem et  
dicitur ad hanc partem et  
dicitur ad hanc partem et

cap. 11. q. 11. p. 11.

cap. 11. q. 11. p. 11.

domini  
nisi ubi  
domini  
posse  
bitur  
videtur  
minis  
De vi  
ab vxor  
T  
seruum  
rere ne  
uicentem  
latum e  
ingenua  
post filio  
noti cu  
muliere  
tenuerit  
beat qu  
minime  
legem n  
ille non  
erit qu  
De ceate  
h  
nrire nec  
pora cop  
quis vol  
cti sunt  
post ann  
re. sed n  
ex hoc est  
nequeum  
septem m  
em confer  
nre non p  
telligitur  
exponitur  
adactione

dominorum. Attende finem huius capituli ubi videtur inui preter voluntates dominorum inter seruū & ancillam non posse contrahi coniugium. vel si contrahitur nō esse ratum. Quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium. dominis ignozātibuo.

**De viro qui se facit seruū vt diuidatur ab vxore.**

**I**llud etiam notandum / qd si mulier virū liberum accepit & ille vt causas p̄stet discidiū se alicui seruū fecerit. nec ille vxorem dimittere. nec illa ob vinculuū coniugij in seruitutem redigi poterit. Vnde illud perlatum ē ad sanctam synodum. qd quidam ingenuus ingenuam accepit vxorem. & post filiorum p̄creationem occasione diuortij cuiusdam seruū se fecerit. vtrūq; & mulierem necessario tenere debeat & si tenuerit an illa etiam seruituti subici debeat quesitum ē. Iudicatum ē vxorem minime debere dimitti n̄ tamen ob xp̄i legem mulierē in seruitutem redigi dū ille non ex consensu coniugis se seruū fecerit quē liberum ipsa maritū accepit.

**De etate contrahentium.**

**H**oc etiam sciendum est qd pueri ante .xiiij. annos. & puellae añ. xij. annos scdm̄ leges matrimonij inire nequeunt. & si ante predicta tempora copulam inierint separari possunt. quous voluntate & assensu parentum iuncti sunt. Qui vero in puericia copulati post annos pubertatis nolunt se relinq̄re. sed in coniunctione permanere. iam ex hoc efficiuntur coniuges. & deinceps nequeunt separari. Item sponsalia ante septennium contrahi non possunt. solo em̄ consensu contrahuntur. qui interuenire non potest nisi ab alterutra parte intelligatur qd̄ inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quorundam adiectione quibus coniugium solui pōt

nec tamen solui semper necesse ē. nunc de alijs que personas illegitimas penitus faciunt addendū ē & primū de ordine

**In quo ordine nequeat fieri coniugium.**

**H**inc ergo quidam ordines in quibus nullatenus potest contrahi coniugium. & si intercesserit copula fit diuortium vt sacerdotium dyaconatus & subdyaconatus. In alijs vero permittitur sortiri coniugium nisi religionis habitum sumpserint vel continentie votum fecerint. Vnde **leo papa.** Clericos lectores hostiarios exorcistas acolitos. si extra votum & habitum inueniuntur & continentiam p̄fiteri nolunt vxorem ducere virginem ecclesia romana permittit / non viduam vel repudiatam quia deinceps nec ad subdyaconatum p̄uehi poterunt. nec laicus vxorem sortitus nisi virginem. vel bigamus ad clericatum. Itē ex carchaginensi concilio **Placuit** episcopos p̄biteros dyaconos subdyaconos etiam ab vxoribus abstineri. Quod si non fecerint etiam ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros vero clericos ad hoc non cogit. Itē **leo papa.** Lex continentie eadem ē ministris altaris / que episcopis & p̄biteris qui cum essent laici vt lectores licite vxores ducere potuerunt. sed cum ad p̄dictos peruenerunt gradus / cepit eis n̄ licere quod licuit. Itē in **vi. synodo.** Si quis eorum qui ad clerum accedunt voluerit nuptiali lege mulieri copulari / h̄o ante ordinē subdyaconatus faciat. Itē **calixtus papa** p̄biteris dyacomibus subdyacomibus monachis concubinas habere seu matrimonium contrahere penitus interdicit. contracta quoq; matrimonia ab huiusmodi personis disungi. & personas ad penitentiam debere redigi. iuxta sanctorum canonum distinctionem iudicamus. Itē **grego.** Nullum facere subdyaconum episcopi presumant nisi qui se caste victurum p̄miserit. quia

*Handwritten notes at the top of the page, including the words "Sed de" and "Sed de" written in various colors and styles.*

nullus debet ad ministerium altaris accedere nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

**De interfectoibus suarum coniugum.**

3392

**H**is adiciendum est de occisoribus suarum coniugum. De quibus nicolaus papa scribit radulpho bituricensi archiepo. Interfectores suarum coniugum sine iudicio. cum non addis adulterorum vel aliquid huiusmodi/ quod aliud habendi sunt quam homicidae. Et per hoc ad penitentiam redigendi/ quibus penitus denegatur coniugium. **Hic** videtur nicolaus permittere maritis pro adulterio aut alio huiusmodi uxores suas interficere/ sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio non materiali criminosos feriri iubet. unde idem nicolaus. In ter haec nostra sanctitas addere studuit. si cuius uxor adulterium perpetraverit/ utrum marito eius secundum mundanam legem interficere liceat. Sed sancta dei ecclesia nunquam mundanis constringitur legibus. gladium non habet nisi spiritualem. Item papa. Quicumque pro priam uxorem abique lege. et sine causa interfecerit/ aliamque duxerit/ armis depositis publicam agat penitentiam et si contumax extiterit/ et anathematizetur usquequo consentiat.

*Small handwritten note on the left margin.*

**De voto. *Triv. 384.***

**N**unc de voto inspicimus. Votum est testificatio quaedam promissionis spontaneae. que deo et de his que dei sunt proprie fieri debet. Sunt tamen et vota stultorum que frangenda sunt.

**De votorum differentiis.**

**S**ciedum vero quod votorum aliud est commune. aliud singulare. Commune ut illud quod in baptismo omnes faciunt cum spondent renuntiare

*Handwritten notes at the bottom of the page.*

dyabolo et pompis eius. Singulare ut cum aliquis sponte permittit seruare virginitatem vel continentiam vel aliquid huiusmodi. Item singulare votum. aliud est priuatum. aliud solenne. Priuatum est in abscondito factum. Solenne vero in conspectu ecclesie factum. Item priuatum votum si violetur/ peccatum est mortale. Solenne vero violare peccatum et scandalum est. qui priuatum faciunt votum continentie/ matrimonium contrahere non debent. quia contrahendo mortaliter peccant. si tamen contraxerint/ non separantur. quia probari non potest quod occulte factum est. Qui enim solemniter uouent/ nullatenus coniugium inire queunt. quibus non solum nubere/ sed et uelle dabinabile est. Unde augustinus. In coniugali vinculo si pudicitia seruatur damnatio non timetur/ sed in uiduali continentia. et uirginali excellentia/ uirtus muneris amplioris expetit / quia expedita et electa et uoto oblata. iam non solum capescere nuptias. sed etiam si non nubatur uelle dampnabile est. Uouentibus enim uirginitatem vel uidualitatem non solum nubere sed etiam uelle dampnabile est. Quod apostolus ostendit thimotheo scribens. Adolecentes uideas deuita Cum enim luxurie fuerint in christo nubere uolunt id est cum post uotum continentie in delicijs egerunt uitam non dicit nubunt sed nubere uolunt in christo. quasi tunc non sit peccatum. sed quod sit ostendit subdens haec. et quare subdit quia prima sit. irrefe. et si non nubendo tamen uolendo ut uoluntatem que a proposito cecidit appareat esse damnatam siue sequantur nupti siue non. Damnatur enim apostata fraus/ damnantur tales quia continentie fidem primam iritam fecerunt id est uotum uel in uoto uiolato fidem quam in baptismo professi sunt. Si autem pro uoluntate nubendi damnantur constat si eam affectui mancipauerint reuocandum id esse irritum. eaque arcendas redire ad propositum. Unde gregorius uiduas a

*Handwritten note on the right margin.*

*Handwritten note on the right margin.*

*Text from the adjacent page on the right.*



sed horum omnium pessimum est quod  
contra naturam fit. ut si vir membro mulie-  
ris non ad hoc accessio utatur. hoc execra-  
biliter fit in meretrice. sed execrabilius  
fit in uxore.

**De illis qui post longam captivitatem redeunt**

**N**ec queritur de illis feminis que  
ducantur viros suos interemp-  
tos vel in captivitate vel ab ini-  
qua damnatione nunquam liberandos in al-  
iorum coniugia transferunt. si illi qui pu-  
tabantur perisse remeauerint. utrum eis  
reddi debeant. et an secundi fornicati  
sunt. et ipse ree adulterij. de hoc leo pa-  
pa ait sic. Necessesse est ut legitimarum fede-  
ra nuptiarum reintegranda credamus.  
et remotis his que hostilitas intulit. cui-  
us id legitime reformetur quod intulit.  
procurandumque est ut recipiat quisque quod  
suum est. ne culpabilis iudicetur. et qua-  
si alieni iuris peruasor habeatur. qui per-  
sonam eius mariti qui iam non esse esti-  
mabatur. assumpsit. Sic enim multa que  
ad eos qui in captivitatem ducti sunt pro-  
tinebant in ius alienum transire potue-  
runt. et tamen plene iusticie est. ut eisdem  
reuerhs reformetur. Ideoque si viri post  
longam captivitatem reuerhs. ita in dilec-  
tione suarum coniugum perseverant. ut  
eas in suam cupiant redire consortium  
omittendum est et inculpabile iudicandum  
quod necessitas intulit. et restituendum  
quod fides poscit. Sim autem alique mu-  
lieres ita virosuorum posteriorum amore sunt  
capte ut malint his coherere quam ad legi-  
timum transire consortium. merito sunt  
notande. ita ut ecclesiastica communi-  
one priventur. que de re excusabili conta-  
minationem criminis elegerunt. Redean-  
t ergo in suam coniugia statum. quia  
sicut mulieres que ad viros suos reuerhi  
noluerint impie sunt habende ita ille que  
redeunt merito sunt laudande. Ex his  
ostenditur illos qui taliter iunguntur ut  
credant virum interemptum per ignoran-

tiam aliquam excusationem habere de  
peccato et tantum primam copulam esse  
legitimam non secundam. vnam tamen  
habere. si careat obprobrio male volun-  
tatis. Sed si quis relicta in patria sua uxore  
in longinquam abiens regionem aliam  
ducatur. deinde penitentia ductus eam di-  
mittere velit. asserens se aliam habuisse  
que vivit nec ecclesia permittat. que quod  
ille asserit ignorat. queritur an in hac se-  
cunda copula sit coniugium. Sane dici  
potest non esse coniugium et mulierem  
de crimine excusari per ignorantiam. vi-  
rum autem adulterium admisisse. Sed  
ex quo ad primam redire volens nec va-  
lens cogitur ecclesie disciplina hanc te-  
nere. incipit excusari per obedientiam et  
timorem de hoc quod poscenti mulieri de-  
bitum reddit a qua ipse nunquam poscere de-  
bet et sic de alijs huiusmodi sciendum est.

**De dispari cultu. Distinctio 2a**

**Q**uod hoc de dispari cultu viden-  
dum est. hoc est enim una de causis  
quibus persone illegitime fiunt  
ad contrahendum matrimonium. Non  
enim licet christiano cum gentili vel iudea im-  
ire coniugium. quia etiam in veteri testa-  
mento prohibitum est fideles viros infid-  
les ducere uxores domino dicente. Non  
accipies uxorem de filiabus alienigenarum  
filij tuis ne tradant eos post deos  
suos. Juxta hoc dominum preceptum iu-  
deorum coniugia cum alienigenis in ta-  
belozas separavit. hoc idem etiam in no-  
vo testamento servatur. Unde aug. Ne  
nubat femina nisi sue religionis viro. vel  
ne vir talem ducat uxorem. Idem enim  
ut dicitur iubet dominus. docet apostolus  
utrumque precipit testamentum. Itaque am-  
brosius. caue christiane gentili vel iudeo fi-  
liam tuam tradere. caue ne gentilem vel  
iudeam vel alienigenam id est hereticam  
et omnem alienam a fide tua uxorem ac-  
cerstias tibi. Itaque si quis iudee siue christiane  
iudeo siue iudea christiano carnali consortio

*Handwritten marginal notes in the left margin, including a large initial 'D' and several lines of text.*

*Handwritten marginal notes at the top of the page, including a large initial 'D' and several lines of text.*

*Handwritten marginal note: 1. 1. 1.*

*Handwritten marginal notes: 1. 1. 1. and 1. 1. 1.*

miscetur quicunq; tantum nephas ad-  
miserit a xpiano cetu protinus segreget.  
Ex his alijsq; pluribus testimonijs appa-  
ret non posse contrahi coniugiu; ab his  
qui sunt diuerse religionis & fidei.

De coniugio fidelis & infidelis & duorum  
infidelium.

**H**ic autem videtur obuiare qd  
apostolus ait de imparibus co-  
iugijs. Ego dico non dominus  
Si quis frater habz vxore infidelē & h<sup>o</sup>  
consentit h. cum. il. nō di. illam. & si qua  
mulier rē. Sed aliud hoc esse aliud illd  
euidenter ostendit aug<sup>9</sup>. Ibi em agitur  
de illis coniugijs fidelium & infidelium  
que contrahuntur ab eis in dispari reli-  
gione & fide manentibus. Apostolus ve-  
ro ait de illis que vnus eiusdemq; infi-  
delitatis fuerunt quando coniuncti sunt  
Sed cum venisset euangelium alter sine  
altera credidit. Intelligis ne quid dicā  
Attende vt rem ipsam diligent<sup>er</sup> expla-  
nem. Ecce coniuges duo vnus infideli-  
tatis fuerunt quando coniuncti sunt. nul-  
la de his questio est que pertineat ad il-  
lud preceptum veteris & noui testamen-  
ti quo prohibetur fidelis cu; infideli co-  
pulare coniugium. iam sunt coniuges &  
ambo adhuc sunt infideles. Tales sunt  
adhuc quales coniuncti sunt. Venitq;  
euangelij predicator credidit eorū vn<sup>9</sup>  
vel vna. s; ita vt infidelis cū fideli habitare  
consentiat. non iubet domin<sup>9</sup> vt fidelis in  
fidelem dimittat taliter coniunctum. nec  
apostolus iubet vt non dimittat/ sed cō-  
sult. vt si quis aliter agat non sit trans-  
gressor. sicut & de virginib<sup>9</sup> consulit. Do-  
net ergo quod ē lucrandi occasio / cum  
possit licite relinquere. sed non expedit  
Tunc em non expedit id quod licitum ē  
quando permittitur quidez. sed vsus ip-  
sius alijs affert impedimentum salutis.  
sicut discessio fidelis ab infideli / quam  
non phibet dominus. quia coram illo nō  
est iniusta. sed apostol<sup>9</sup> ne fiat consilio

caritatis suadet. vt nemo in ea re iussio-  
nis necessitate teneatur/ sed consilij vo-  
luntate libere faciat. Ex his monstratur  
inter fideles coniugium esse. & consilij  
apostoli non obuiare precepto domini  
quo iubet fidelem non iungi infideli & si  
coniuncti fuerint seperari. Legitur enim  
q; besozas ppheta. immo dominus per  
eum iussit israhelitis vxores dimittere  
alienigenas. per quas ibāt ad deos alie-  
nos. non ille per maritos acquirebantur  
deo. Recte hoc precepit. quia per moy-  
sen iusserat domin<sup>9</sup> ne quis vxorem alie-  
nigenaz duceret. Merito ergo quas du-  
xerant domino prohibente/ domino iu-  
bente dimiserunt. quia vt ait ambrosius  
Non est imputandum matrimoniu; qd  
exera decretu; dei factum est. sed nō co-  
gnoscitur emendandum. vt quando fide-  
lis infideli copulatur. Sed vt ait aug<sup>9</sup>.  
Cum cepisset gentibus euangelium pre-  
dicari iam diunctos gentiles gentilibus  
comperit coniugibus. ex quibus si non  
ambo crederent. sed vnus vel vna. & in-  
fidelis cum fideli consentiret habitare/  
nec prohiberi a domino debuit fidelis  
infidelem dimittere. nec iuberi. Ideo nō  
phiberi quia iusticia permittit a formi-  
cante discedere. Et infidelis hominis  
fornicatio est maior i corde. nec vera ei-  
us pudicia cum coniuge dici potest.  
quia omne quod non est ex fide peccatū  
est. q̄uis veram fidelis habeat pudicici-  
am etiam cum infideli coniuge que non  
habet veram. Ideo autem nec iuberi.  
qui nec contra iussionem domini genti-  
les fuerunt ambo coniuncti. Licitum er-  
go erat per iusticia; fideli infidelem di-  
mittere/ sed licitum non erat faciendum  
ppter liberam bemuolentiam. Euidēter  
apparet & inter infideles coniugium es-  
se & apostolum de illis agere. qui in infi-  
delitate coniuncti fuerunt. & post alter  
ad fidem conuersus ē. cum quo etiam fi-  
delis habitare consentit. & hec non di-  
mittere fideli consultit apostolus. quia  
forte per fidem saluabitur infidelis.

109 A  
he apud hinc  
apostolus

1 ep 1

209

B

**De fornicatione spirituali ob quam potest dimitti coniug.**

**P**otest tamen licite dimittere. quia in infideli est fornicatio si in corpore tamen mentis. Causas enim fornicationis dominus excepit. fornicationem vero generalem et vniuersalem intelligere cogimur. non modo scilicet corporalem. sed et spirituales de qua augustinus ait. Idolatria et quelibet noxia superstitione fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. sed non iussit. et sic dedit apostolo locum monendi. ut qui voluerit non dimittat. potest tamen licite dimittere. Si enim fornicatio carnis detestanda est in coniuge. quanto magis fornicatio mentis. id est infidelitatis.

**Pro quibus vicis possit dimitti.**

**S**icut autem queris an propter aliud vitium nisi propter infidelitatem vel idolatriam possit dimitti. attende quod augustinus ait. Si infidelitas fornicatio est. et idolatria infidelitas. et auaricia idolatria. non est dubitandum et auariciam fornicationem esse. Quis ergo quilibet illicitam concupiscentiam potest a fornicationis genere separare. si auaricia fornicatio est. Ex quo intelligitur quod propter illicitas concupiscentias. non tantum que in stupris cum alijs viris vel feminis committuntur sed ob quaslibet que animam a lege dei aberrare faciunt et perniciose corrumpi possit sine crimine. et vir uxorem suam dimittere. et uxor virum. Item rectissime dimittitur si viro suo dicat. non ero uxor tua. nisi mihi de latrocinio diuitias congeras. vel nisi solita lenocinia exerceas. aut si quod aliud facinorosum vel flagitiosum a viro suo expectat. Tunc ille si veraciter penitens est. habetque fides per dilectionem operantem. membrum quod eum scandalizat amputabit. Ex his apparet quod non solum infidelitas sed etiam quelibet concupiscentia que perniciose

turpiterque corrumpit fornicatio spiritualis est. per quam vir uxorem vel uxor virum dimittere potest. consulit tamen apostolus ne fidelis dimittat infidelem uolentem cohabitare nec a deo reuocare.

**Si fidelis liceat aliam ducere infideli discedente vel dimissa.**

**H**ic queritur si fidelis dimittat infideles. vel infidelis a fidele discedat. an liceat fidele aliam ducere. Videtur auctoritas testari quod uiuente illa alteram ducere non valeat. Ambrosius enim uerba apostoli exponens ait. Alioquin si disceditis ab inuicem et uolentes cohabitare dimittitis et alij uos copulatis adulteri estis. et filij uestri qui de hac copula nascuntur immundi id est spiritus sunt. Item si quis habuerit uxorem uirginem ante baptismum uiuente illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo soluuntur non coniugia.

**Que premissis contraria videntur.**

**S**ed econtra ambrosius testatur. Si infidelis dicit apostolus discedit/discedat. Non enim est seruicium subiectus frater aut soror in huiusmodi. quia non debetur reuerentia coniugij et qui horret auctorem coniugij. Non enim ratum coniugij matrimonium quod sine uocatione dei est. et ideo non est peccatum et qui dimitteatur propter deum. si alij se copulauerit. Contumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur ne accusetur alij copulatus. Infidelis autem discedens et in deum peccat et in matrimonium nec est seruanda ei fides coniugij. qui ideo recessit ne audiret christum esse deum christianorum coniugiorum. Si uero ambo crediderint per cognitionem dei confirmatur coniugium.

**Determinatio**

**A**tende hic predictis contraria posse videri ita vt sibi ambrosius cōtradictore videatur. sed distinguendum est hic aliud esse dimittere volentem cohabitare. aliud dimittere propter deum ab illo qui horret nomē xp̄i. **I**bi enim lex beniuolentie non seruatur. **H**ic veritas custoditur. et ideo cum licet at dimittere volentes cohabitare nō tamen ea viuente alia dūcere licet. discedente vero sequi non oportet. et ea viuente aliam ducere licet. **S**ed hoc non est intelligendum nisi de his qui in infidelitate sibi copulati sunt. sed si ad fidem vterq; conuersus est. vel si vterq; fidelium matrimonio coniunctus est. et post alter eorum a fide discesserit et odio fidei coniugem reliquerit dimissus discedentem non comitabitur. nec tamen illa viuente alteram ducere poterit quia inter eos fuerat ratum coniugium qd nō pōt dissolui

**¶** Quidam dicunt coniugium non esse inter infideles et quare.

**S**unt tamen nonnulli qui inter infideles asserunt non esse coniugium. quia nec rata nec legitima ē eorum copula. **R**ata non ē. quia solui potest. nec legitima quia apostolus ait. **O**mne quod non est ex fide peccatum ē. eorum autem coniunctio non ē ex fide. et ideo peccatum ē. **N**on ē ergo coniugium quia nullum coniugium peccatum ē. **A**ugustinus etiam dicit. quia non est vera pudicitia infidelis cum fidei. **S**ed vera negatur esse pudicitia. non q; infidelium coniugium non sit verum / sed quia non habet illud triplex bonū qd excusat coitum et meretur premiū. **I**tem illud apostoli. **O**mne quod non est ex fide peccatum est. non ita intelligendum ē. vt quid quid fit ab infidelibus peccatum sit. sed omne quod fit contra fidem. i. conscientiam male fit. et ad gehennam edificat. vel in omni eo quod infidelis facit / peccat. non quia illud facit sed quia non eo

modo illud facit quo debet non referēs ad debitum finem.

**¶** ¶ Legitimum sit coniugium infidelium et non ratum et quare

**C**opula ergo maritalis que ē inter infideles coniugium ē legitimum / sed non ratum legitimum quia ē inter legitimas personas / sed nō ratum / quia sine fide. **C**onugium vero infidelium ē legitimum et ratum. si tamen legitime sūt persone. **¶** autē legitima sit infidelium coniunctio aug. testatur dicens. **V**xor legitima societate coniuncta sine vlla culpa relinquitur. si cum viro xp̄iano permanere noluerit. **E**x hoc etiā probatur q; infideli ad fidem conuerso apostolus consulit infidelem nō dimittere. quod non faceret si non esset inter eos legitimum coniugium. legitimum ē quod legali institutione vel p̄uincie moribus non contra iussionem dñi obrabit

**¶** De cognatione et p̄uis de carnali. In prima

**N**unc superest de cognatione aliquid dicere. **E**st autem cognatio alia carnalis. alia spiritualis. **P**rimum de carnali cognatione et affinitate inspiciamus. **C**ognati ergo vel affines in vij. gradu vel infra copulari non debent. vnde greg. **P**rogemem suā vnū quenq; vsq; ad septimam obseruare decernimus generationē. et quandiu se agnoscūt affinitate p̄p̄quos / ad conjugalem copulam accedere denegamus qd si fecerint separentur. **I**tem nicola2 papa. de consanguinitate sua nullus vxorē ducat vsq; post generationem septimā vel quousq; parentela cognosci potest. **I**tem nulli ex p̄p̄quitate sui sanguinis vsq; ad septimum gradū vxores ducāt. **H**is autoritatibus alijsq; pluribus consanguineorum coniunctiones p̄hibentur vsq; ad septimum gradū. **Q**uomodo autem gradus consanguinitatis computādi sūt / phidorus ostendit sic.



**De computatione graduum consanguinitatis.**

**S**eries consanguinitatis vij. gradibus dirimitur hoc modo. filius et filia que est frater et soror. sit ipse truncus illis seorsum se iunctis/ ex radice illius trunci egrediuntur isti ramunculi / nepos et neptis. primus pro nepos et pneptis. secundus abnepos et abneptis. tercius adnepos et adneptis. quartus trinepos et trineptis. quintus trinepotis. nepos et trineptis neptis sextus. Attende quod sex gradus tantum ponit isidorus. quia truncum inter gradus non computat. Alij vero qui septem gradus ponunt truncum inter gradus non computant. Alij vero qui vij. ponunt gradus truncum inter gradus connumerant varie namque computatur gradus consanguinitatis. Alij enim patres in primo gradu. filios in .ij. ponunt. Alij primum gradum filios appellant negantes gradum cognationis inter patrem et filium esse. cum una caro sint pater et filius. Auctoritates ergo que consanguinitatis cautelam usque in sextum gradum prohibent. primum gradum filios appellant. atque ita fit ut eodem persone secundum hanc diuersitatem in vij. et vij. gradu / patrem vero in primo gradu ponit qui fratres dicit esse primum gradum. hoc modo computat zacharias papa in quibusdam parentele gradus taliter computamus. Ego et frater meus una generatio sumus. primumque gradum efficitur. si uisus filius meus. fratrique mei filius. .ij. generatio sunt. et secundum gradus faciunt atque ad hunc modum cetera successiones. Inter illos vero qui sex computant gradus et illos qui vij. computant gradus nulla in sensu existit diuersitas. quous in numero graduum uarietas uideatur. Ultima uero generatio si a fratribus sumat initium numerandi. vij. inueniuntur. Quare uero vij. computet isidorus ipse aperit dicens. Consanguinitas dum se paulatim propinquum ordinibus dirimens

usque ad ultimum gradum protraxerit / et propinquitas esse desierit. tunc primum lex in matrimonij vinculum eam recipiet et quodammodo incipiet reuocare fugientem. Ideo autem usque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est. ut sicut vij. etatibus mundi generatio et hominis status finitur. ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. In his sex gradibus omnia propinquitatum nomina continentur / ultra quos nec affinitas inueniri nec successio potest amplius propagari. Secundum alios septem ideo computantur / ut ita post septem gradus spiritus sponse iungatur / sicut post hanc uirtutem que vij. diebus agitur / ecclesia christo iungetur. His autem occurrit illud quod gregorius augustinus anglorum episcopo a quo requisitus fuerat. quotta generatione debeant copulari. rescribit sic. Quaedam lex romana permittit. ut siue fratris uel sororis seu duorum fratrum germanorum seu duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut quarta uel quinta generatio fidelium licenter sibi coniugatur. Sed post multum temporis idem gregorius a felice messine sicilie prefule requisitus. utrum augustino scripserit / ut anglorum quarta generatione contracta matrimonia non soluerentur inter cetera talem reddidit rationem. Quod scripsi augustino anglorum episcopo ipsi etiam anglorum genti que nuper ad fides uenerat ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet specialiter et non generaliter me cognoscas scripsisse. Nec ideo hoc eis scripsi ut postquam in fide fuerint solidati si infra propinqua consanguinitatem inueni fuerint non separentur aut infra affinitatis lineas id est usque ad septimam generationem iungantur.

**De affinitatis gradibus. *Pro xij.***

**N**unc de affinitate videndum est de qua gregorius ait. Porro de affinitate quam dicitis pentela esse que ad virum ex parte uxoris seu q ex parte viri ad uxorem pertinet. manifesta ratio est. quia si secundum divina sententia; ego et uxor mea sumus una caro pfecto michi et illi mea suaq; parentela pproximitas una efficit. Quocirca ego et soror uxoris mee in vno et primo gradu erimus. filius vero eius secundo gradu erit a me. neptis vero i ticio. Itaq; utriq; in ceteris agendum e successiombus. Uxorem vero pproximi cuiuscunq; gradus sit/ita me oportet attendere quemadmodum ipsius quoq; gradus aliqua femina pproximitatis sit. Quod nimirum uxori mee de pproximitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruare. Qui vero aliorum sentiunt antequam sunt. Item iulius papa. Equaliter vir coniungatur consanguineis pproximi et consanguineis uxoris. Item isidorus. Sane consanguinitas que in proprio viro conseruanda e/etiam in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda e. quia constat eos duos fuisse in carne vna. Itaq; communis e illis utraq; parentela. Item iulius papa. Nullum in utroq; sexu permittimus ex pproximitate sui sanguinis vel uxoris/ vsq; in vij. generationis gradum uxores ducere vel incesti macula copulari. quia sicut non licet cuiq; de sua consanguinitate xpiano/ sic nec de consanguinitate uxoris coniugem ducere/ ppter carnis vnitatem. Item gregorius. De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsq; ad vij. generationem obseruare. Nam et hereditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita/ vsq; ad septimum gradum heredum protendit successionem. Non em eis succederent/ nisi de pproxime cognationis deberetur. His autoritatibus insinuatur. et que sit affinitas. et vsq; ad quem gradum sit obseruanda scilicet vsq; ad septimum.

¶ Varie traditiones de affinitate

**S**ed alij videntur concedere in v. generatione inter affines contra hi coniugium. et in quarta etiam si contractum fuerit non separari. Sic em fabianus papa. De pproximis qui ad affinitatem per virum et uxorem veniunt/ de functa uxore vel viro. in quinta generatione iungantur. In quarta si inuenti fuerint/ non separentur. In tertia vero pproximitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Equaliter vir iungatur in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt/ et uxoris sue consanguineis post mortem uxoris. Ecce hic conceditur in quinta vel quarta pproximitate affinitatem fieri coniugium. Julius etiam papa ait. Statutum e vt relictam patris uxoris sue/ relictam fratris uxoris sue/ relictam filij uxoris sue nemo sibi in matrimonium sumat. relictam uxorem consanguineorum uxoris sue vsq; in tertiā pproximem/ nemo in uxorem sumat. In quarta vero et quinta si inuenti fuerint/ non separetur. Ecce q; varie de affinitatis obseruatione loquuntur auctores. Alij em usq; ad septimum gradum eam obseruari sanciunt. Alij vero in quinto vel quarto matrimonia contracta non diuident. Sed illi veritatis rigore/ isti minime dispensationem videntur pponere. Potest em ecclesia dispensare in copula affinitatis usq; ad tertium gradum. sicut gregorius dispensauit in quarto gradu consanguinitatis. Illud autem non e pretereundum qd gregorius venerio episcopo scripsit. Sedem apostolicam consulere decreuisti. si mulier copula nuptiali extraneo viro commissa cognationi eius pertineat/ si eo defuncto cognatio maneat. uel sub alio viro cognationis uocabula dissoluantur. uel si suscepte soboles possunt legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. si una caro fuerit/ quomodo aliquis eorum potest pproximus vni pertinere/ nisi pertineat alteri. Hoc nunc posse

fieri credendum ē. Porro uno defuncto  
i supstite affinitas non deletur/nec alia  
copula diugalif affinitatem copule prio  
ris soluere ualet. sed nec alterius coniu  
ctōis soboles placet ad affinitatis prio  
ris uiri consozium transire. Si quis er  
go sacrilego & temerario ausu in defun  
cto querit ppinquitatem extinguere uel  
sub altero affinitatis uocabula dissipa  
re. uel susceptas soboles alterius copule  
ppinquitati prioris credit legitime socia  
ri hic negat dei uerbu; ualidum esse qd  
dixit. Erunt duo i carne una ecce hic p  
hibet si mortuo primo uro uxor eius alij  
nupserit filios de secundo uro gemtos  
ducere uxores de cognatione prioris vi  
ri. quia filie mediante matre ad cogna  
tionem prioris uiri pertinent. cum quo  
mater eorū vna caro extiterat. Hoc idē  
etiam innocentiū papa ait. Si que mu  
lier ad secundas nuptias transierit & ex  
eis sobolem genuerit nullatenus potest  
ad consozium cognationis prioris uiri  
conūgere. Hoc autem obseruandum  
est vsq; ad septimum generis gradum s;  
maxime vsq; ad tertium & quartum si  
cut supra positum est.

**¶** Si coniugium sit inter eos q nota consan  
guinitate diu. dunt.

**¶** Est sciendum q; ecclesia infra  
predictos gradus consanguini  
tatis cōiunctos separet. Si aut  
ignozāter cōiuncti fuerint in conspectu ec  
clesie & postmodu; probata consangui  
nitate eiusdem iudicio separari. Querit  
verum copula illa coniugiu; fuerit. Qui  
busdam videtur non fuisse coniugium.  
quia non erant legitime persone / sed ta  
men de crimine excusantur per ignoran  
tiam & quasi coniugium reputatur. quia  
bona fide & per manum ecclesie conue  
nerunt. Vnde & filij eorum legitimi ha  
bentur. Alij vero dicunt fuisse coniugiū  
licet non essent legitime persone quia ta  
lium cōiunctiones vocāt canones diugia.

**¶** Quibus personis testificantibus sint di  
uidenda coniugia

**¶** Si de personis agunt quarum  
testimonio consanguineozu; sit  
dirimenda coniunctio. Vnde vr  
banus papa. Si duo uiri vel tres consan  
guinitatē iureiurando firmauerint uel  
ipsi forte confessi fuerint coniugia dis  
soluantur. Si vero neutrum contigerit  
episcopi eos per fidem xp̄i obtestentur/  
quatenus palaz fateantur si se recogno  
scunt consanguineos si se iudicio episco  
porum segregauerint alia matrimonia n̄  
phibeantur cōtrahere Idem. Notifica  
mus tibi vt cu; tres uel duo ex ppinquo  
ribus eius qui accusatur hanc ppinquita  
tem iuramento firmauerint. uel si duo  
uel tres ex antiquioribus genuensibus  
quibus hec ppinquitas ē nota qui bone  
fame & veracis testimonij sint. remoto  
amore. timore. precio. & omni malo stu  
dio predicto modo firmauerint sine mo  
ra coniugia dissoluant. Consanguineos  
vero extraneozum nullus accuset uel cō  
sanguinitate; in synodo computet / s; p  
pinqui ad quozum noticiā; pertinet. Si  
autem progemes tota defecerit ab anti  
quioribus & ueracioribus quibus propin  
quitas tota nota sit. episcopus canoni  
ce requirat & si inuenta fuerit separent.  
Ecce quibus accusantibus & testificantibus  
dirimenda sit consanguineozum cō  
iunctio que coniugium uocat.

**¶** Distinctio utilis.

**¶** Sic dicendum ē q; aliud est for  
nicatio. aliud stuprum. aliud ad  
ulterium. aliud incestus. aliud  
raptus. fornicatio licet sit genus omnis  
illiciti coitus qui sit extra uxorem tamē  
specialiter intelligitur in usu uiduazum  
uel in meretricū uel concubinaru;. Stu  
prum pprie ē uirginu; illicita defloratio  
Adulteriu; ē quasi alie; thori uolatio.  
vnde adulterium dicitur quasi alterius

thori accessio. Incestus ē ofanguinearū vel affinum abusus. Vnde incestuosi dicuntur qui cōsanguineis vel affimibus suis abutuntur. Raptus admittitur cuz puella violenter a domo patris educitur. vt corrupta in vxorem habeat. siue puella siue parentibus ius illata cōstitere. hic morte mulctatur. sed si ad ecclesiaz conrapta cōfugerit privilegio ecclesie mortis impunitatem meretur. Attendendum est etiam illud alexandri qd ait qd frat̄ soroz ue vxoris tue cognati dicuntur equi uocationis iure fit et necessitate vulgaris appellationis poti<sup>2</sup> q̄ vlla agnatiois cā. Vxor em̄ fr̄is frat̄issa. poti<sup>2</sup> q̄ agnata vocatur. Mariti frater leuir d̄ duoz fratrum vxores iamtrices vocantur quasi eandē ianuam intrantes. Viri soroz glos appellat. Sorozis autem vir non habet speciale nomē nec vxoris frat̄

**De spiritali generatōe Dysero 22<sup>a</sup>**

**Q**ue parentalium graduū famosa questione aliquid licet minus sufficienter dixim<sup>2</sup> iam de spiritali cognatiōe addam<sup>2</sup> que etiam psonas impedit vt nō sint legitime ad inuendas nuptias. Tria quedam sunt. consanguinitas. affinitas. et spiritalis germanitas. Consanguinitas est inter eos qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas inter eos qui genere quidem non sūt coniuncti / sed mediante genere sunt sociati verbi gratia. Vxor filij fratris mei que non est de genere meo per ipsum qui est de genere meo mihi affinis facta est et ego illi. Spiritalis primitas ē inter compatrem et cōmatrem et inter eos quozum vnus alterum de sacro fonte leuauit vel in cathexizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales et spūales

**Qui sunt filij spirituales.**

**S**pirituales filij sunt quos de sacro fonte leuamus vel in cathexizatione seu confirmatione tenemus. filij etiam et filie spirituales eozum sunt qui trine merfionis vocabulo eos sacro baptisate cingunt. Dicitur etiam spiritalis filia sacerdotis que ei peccata sua confitetur. vnde simachus papa. Omnes quos in penitentia suscipimus ita nostri spirituales sunt filij vt et ipsi quos vel nobis suscipientib<sup>2</sup> vel subtrine merfionis vocabulo mergentibus vnda baptisati regenerantur. Silvester etiam ammonet vt ad suam filiam penitentialem nullus sacerdos accedat. qz scriptum ē in auctoritate siluestri. Omēs quos in penitentia accepim<sup>2</sup> ita nostri filij sūt in baptisato suscepti. quozum omniuz flagitiosa cōmixtio ē. R<sup>7</sup> autem compater et commater sibi iungi nequeant nec pater spiritalis nec mater filie vel filio spiritali ex consilio maguntensi docetur. De eo quod interrogastis si aliquis filiolum suam duxerit vxorem et de eo qui concubuit cum matre spiritali et de eo qui filium suum baptizauit et vxor ei<sup>2</sup> eū de fonte leuauit hac causa vbi discidium fieret coniugij si post i tali copula possunt permanere sic respondendum ē. Si filiolam aut cōmatrem suam aliquis in coniugium duxerit separandos esse iudicamus et graui penitentia plectendos. Si vero coniuges legitimi vel vnus vel ambo ex industria hoc fecerint vt filium suum de fonte susciperent si in nuptiis manere voluerint bonum ē. Si autem grauis penitentia insidiatori inuigatur et simul maneat et si priuaricator coniugij supuixerit acerzima penitentia mulctetur et sine spe coniugij maneat. Ex his apparet qd aliquis filiolum suam vel cōmatrem non potest sibi copulare nuptialiter. et si presumptum fuerit separandi sunt. Qui autem legitime coniuncti sunt non ideo separandi sunt. quia alter eozum insidiosè filium de fonte leuauit. Quod etiam nicolaus confirmat dicens. Nolle desiderat

utrum mulier que viri filium ex alia femina gemitu de sacro fonte leuauerit postmodum possit cum eodem viro copulari quos ideo coniungi posse decernimus. quod secundum canones sacros nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet diuini dimittere coniugem cum apostolus precipiat nolite fraudari inuicem n. f. ex. c. ad. t. r. c. Item dictum est nobis quasdam feminas desidiose. quasdam vero fraudulenter ut a viris suis separarentur. proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Unde nos dignum duximus ut si qua mulier filium suum desidia. aut aliqua fraude coram episcopo tenuerit ad confirmandum propter fallaciam vel fraudem quod diu uiuat penitentiam agat. tamen a viro suo non separatur. Item iohannes papa ad limina sancti petri homo nomine stephanus ueniens nostro presulatu innotuit quod filium suum in extremo uite positum nondum baptismi uindam lotum. absentia sacerdotum cogente baptizauit eumque propriis manibus suscepit atque per huiusmodi negotio reuerentia tua presatum hominem a sua coniuge iudicauit esse seperandum. quod fieri nullatenus debet dicente scriptura. quod deus coniungit homo non separet et dominus non dimittit uxorem nisi causa fornicationis iubet. et nos tanta auctoritate freti dicimus dimittendum esse et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus. si tamen necesse fuerit libere conceditur. Unde si supradictus homo filium morientem aspiciens ne animam perpetuo perire dimitteret uindam baptismi lauit ut eum de potestate mortis eriperet bene fecisse laudatur. Ideoque sue uxori sibi iam olim legitime sociate impune dum uixerit iudicamus manere coniunctum. nec ob hoc separari debere. His aliisque pluribus auctoritatibus edocetur. coniuges non esse separandos si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte leuauerit vel in confirmatione tenuerit

#### ¶ Quid premissis obuiet

**H**is autem obuiare uidetur quod deus dedit. papa ait. Derueit ad nos dyaconus sanctitatis vestre epistola; deferens quod quidam viri et mulieres preterito sabbato paschali pro magno populi incurfu nescientes filios suos suscepissent de lauacro. Cupis ergo scire an propter hoc debeant viri ac mulieres ad proprium usum redire vel non. Nos vero hac re mesti priorum inquisiimus dicta. et inuenimus in archiuis id est archiepiscopis apostolice sedis iam talia contigisse. et pluribus ecclesijs quarum episcopis ab hac apostolica sede uolentibus scire utrum viri ac mulieres redirent ad proprium thorum beate memorie sancti patris Julius papa. Innocentius et celestinus cum episcoporum multorum consensu in apostolorum principis ecclesia prohibentes talia rescripserunt et confirmauerunt. ut nullo modo se in coniugio reciperent viri ac mulieres quicumque alia ratione suscepissent natos. sed separarent se. ne suadente dyabolo. tale uicium inualecat. Item si quis filiastrum. vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationem sepetur ab uxore sua. et aliam nunquam accipiat. Nec autem vel ad terrorem dicta sunt non quia ita esset faciendum. sed ne illud fieret summo opere cauendum. vel de illis est intelligendum qui prius filios suos uicissim de fonte suscepissent quod fierent coniuges. Premissis autem auctoritatibus omnino consentiendum est ut siue proprium siue tantum viri filium. mulier de fonte suscepit non ideo a viro separetur. Quod et de viro similiter oportet intelligi.

#### ¶ De copula spiritualium vel adoptiuorum et naturalium filiorum.

**Q**uod autem spirituales vel adoptiuum filij naturalibus copulari nequeant. Nicolaus papa testat

ita inquiring. Ita diligere debet homo eum qui se suscepit de sacro fonte/sicut patrem. Inter fratres et filias spirituales gratuita et sancta communio est que dicitur non est consanguinitas sed habenda spiritualis proximitas. unde inter eos arbitror non posse fieri legale coniugium quod nec inter eos qui nati et eos qui adoptione filii sunt venerande leges matrimonia contrahi permittunt. Item si inter eos non contrahitur matrimonium quos adoptio iungit quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare quos per celeste sacramentum regenerationis sancti spiritus vincit.

**¶** Si filii qui ante paternitatem vel post nati valent coniungi.

**N**oc autem quidam volunt intelligere de illis tantum filiis quibus opatres facti sunt. De alijs vero qui ante compaternitatem vel post geniti sunt concedunt quod legitime et licite iungi possunt/ quibus videtur consentire urbanus secundus dicens. Super quibus consuluit nos tua dilectio. hic videtur respondendum ut et baptismus sit si instante necessitate femina puerum in nomine trinitatis baptizauerit. et quod spiritualium parentum filii. vel filie. ante vel post compaternitatem genite possunt legitime coniungi. preter illam personam qua opatres effecti sunt.

**¶** Pascalis papa.

**P**ascalis vero secundus post compaternitatem genitos copulari prohibet scribens regimo episcopo post susceptum filium de fonte vel filiam spirituales qui ex opatre vel ex comatre fuerint nati matrimonio coniungi non possunt. Illud etiam notandum est quod in triburienli concilio legitur si quis sue spiritualis amatre filiam fornicatu et ita contingente rerum casu in coniugium du-

perit maturiori seruato habeat concilio atque legitimo onubio honeste opaz det.

**¶** Si quis ducere possit duas comatres alteram post alteram.

**S**olet etiam queri/ si comatrem uxoris post eius obitum quis ducere valeat. De hoc Nicolaus papa sic scribit. Sciscitatur a nobis sanctitas vestra. si quis duas comatres habere valeat vnam post alteram in quo meminisse debes scriptum esse. erunt duo in carne vna. Cum ergo constet quod vir et mulier vna caro efficiunt/ restat vna opatrem constitui mulieri. cui assumpta vxor comater eius erat et ideo virum illi femine non posse coniungi que comater eius erat. cum qua idem fuerat vna caro effectus. huic autem illud contrarium videtur. Qui spirituales habet comatrem cuius filium in lauacro acceperit / et vxor eius comater non est / licet ei defuncto cum patre/ eius vidualiam ducere in vxorem quos nulla generatio spiritualis secerit. Item ex epistola pascalis pape. Post vxoris obitum cum comatre eius coniugio copulari. nulla vero ratio vel auctoritas videtur prohibere. Non enim per carnis unionem ad unionem spiritus pertransit. Sed sciendum est. quod auctoritas nicolai de illo ait. quod vxori sue debitum reddit postquam comater illius extitit. alie vero auctoritates de illo agunt et vxor postquam a viro suo derelinquitur illius comater efficitur. nec post opaternitatem a viro suo agnoscitur vel de viro potius agunt. cuius vxor ante defungitur quam ab eo agnoscatur.

**¶** Si vir et vxor possunt simul tenere puerum.

**S**olet etiam queri si vxor cum viro si debeatur in baptismo suscipere puerum. De hoc urbanus ait. quod vxor cum marito in baptismo simul non debeatur suscipere puerum nulla auctoritate videtur vel reperitur prohibitum. sed ipsa puritas

spiritualis paternitatis ab omni labe & infamia seruetur immunitatis decreuimus ut uterque simul ad hoc aspirare non presumant. quia vero piaculare flagitium commisit qui duabus amantibus vel sororibus nupsit. magna penitentia debet ei iungi.

**De ij. et iij. nuptijs et deinceps.**

**S**ciendum est etiam quod non solum prime vel secunde nuptie sunt licite. sed etiam tercie et quarte non sunt damnande. unde aug. Secundas nuptias omnino licitas apostolus concedit de iij. aut et quartis et de utraque plura nuptijs solent homines mouere questionem. Quis audeat diffinire quod nec apostolum video diffinisse. Sic enim. Si dormierit uir eius cui uult nubat / non dicit primus vel secundus vel tercius vel quotuslibet / nec nobis diffiniendum est / quod non diffinit apostolus. Unde ut breuiter respondeream nec illas nuptias debeo damnare nec eis uerecundiaz numerositatis afferre nec contra humane uerecundie sensum audeo dicere. ut quotiens uoluerint nubant nec ex meo corde propter scripture auctoritatem quotuslibet nuptias damnare. Idem testatur iero. Ego nunc libera uoce exclamo nec damnari in ecclesia bigamam immo nec trigamam et ita licere quinto et sexto quemadmodum secundo marito nubere. apostolus tamen bigamos a sacerdotali honore excludit. Sed hoc non facit pro uicio bigamie immo pro sacramenti uirtute ut sit una unus sicut unica uinici. Illud tamen cesariensis concilij uidetur innuere bigamiam esse peccatum. Presbiterum inquit in nuptijs bigami prandere non conuenit. quia cum pnia bigamiam indigeat quis erit presbiter qui talibus nuptijs possit prebere consensum. Sed hoc de illo intelligi potest qui prime uxori insidiatus putatur desiderio secunde. vel per signaculo sacramenti. illud dicitur quod in bigamo non seruatur.

*Handwritten marginal note in a smaller script, likely a gloss or commentary on the main text.*

Ambrosius etiam dicit quod prime nuptie tantum a domino sunt institute. secunde uero sunt permisse. et prime nuptie sub benedictione dei celebrantur. sublimiter uero secunde etiam in presenti carent gloria.

*Incipit cap. 23.*

**De resurrectionis et iudicij conditione.**

**P**ostremo de conditione resurrectionis et modo resurgentium. necnon et de iudicij et misericordie qualitate breuiter differendum est. Omnibus questionibus que de hac re moueri solent satisfacere non ualeo. resurrectionem tamen carnem omnium quicumque nati sunt atque nascentur et mortui sunt et morientur nullatenus ambigere debet christianus. Sic enim isaias resurgente mortui et resurgente qui erant in sepulchris. et apostolus. Nolumus uos igno. f. de. d. ut ubi. si. et. c. qui. se. non habent secundum resurrectionis. hoc enim ostendens nobis in uerbo. do. quia nos qui ui. qui. s. in aduen. do. non. pre. eos qui dormi. Quomodo impet. do. in iu. et in uo. at et in cu. des. de ce. et mor. qui in cristo sunt re. primi. de. tamen nos qui ui. qui. relin. su. ca. cum illis in nu. obui. xpo in aera. et sic semper cum eo erimus. his uerbis et ueritas re. et causa atque ordo resurgentium preclarissime insinuat.

**De uoce tube.**

**Q**uia enim resurrectionis mortuorum erit uox tube que in aduentu iudicij ab omnibus audietur. et cuius uirtute excitabuntur mortui. et de monumentis resurgent. Unde propheta dabit uoci sue uocem uirtutis. id est effectum resuscitandi mortuos. et iohannes euangelista ait. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem filij dei et procedent boni in resurrectionem uite. mali uero in resurrectionem iudicij. Si uero queritur cuius uel qualis erit uox illa apostolus dicit quod erit archangeli id est ipsius christi qui est princeps.

Vox in die... Tuba... adf... et...

archangelorum vel vox erit alicuius vel plurium angelorum. Eademque dicitur tuba quia erit manifesta et nouissima / quia post eam non erit alia / hec tuba ut ait aug. est clamor de quo dicitur in euangelio. Media nocte clamor factus est / ecce sponsus. etc. ob. ei. Tuba nomine aliquod euidentis et preclarum signum intelligitur. Quod vox archangeli et tuba dei ab apostolo dicitur in euangelio vox filij dei et clamor appellat. quod signum mortui audient et resurgent.

1 cor 14

De nocte media.

Media autem nocte dicitur venturus ut ait aug. Non pro hora temporis sed quia tunc veniet cum non speratur. media ergo nocte scilicet cum valde obscurum erit id est occultum veniet. Dies enim domini sicut fur in nocte ita veniet. Potest tamen non modo grue intelligi medie noctis tempore venturus quia ut ait cassiodorus. hoc tempore primogenita egypti percussa sunt. quando etiam sponsus venturus est. pluribus etiam locis contestantur auctores quod aduentus christi dies dicitur domini non pro qualitate temporis sed rerum. quia tunc cogitationes et consilia singulorum patebunt. Unde in danielis verustas dierum sedit. et libri aperti sunt coram eo. libri sunt conscientie singulorum. que tunc asperientur eis vel alijs. et tunc implebitur nihil occultum quod non reueletur. Adueniente autem summo iudice non solum aeris tenebre illuminabuntur sed etiam abscondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo diuina fiet ut cuius opera sua bona vel mala cuncta in memoria reuocentur et meritis intuitu mira celeritate cernantur ut accuset vel excuset hominem conscientia eaque teste damnet vel saluet.

1 cor 14

1 cor 14

1 cor 14

De memoria electorum si tunc precedentia mala teneat.

Ita queritur verum electis tunc assit memoria precedentium malorum sicut bonorum. Quaedam auctoritates videntur bonos tradere non habituros tunc memoriam precedentium malorum id est peccatorum vel tormentorum. Sic enim isaias. Ego creos celos novos et terram nouam et non erunt in memoria priora et non ascendent super eos sed gaudebitis in eternum. Item obliuioni tradite sunt angustie priores et abscondite ab oculis vestris. que de futuro exponens iero. ait. obliuioni tradentur priori mala. quia forsitan in futuro pristime conuersationis memoria omnino delebitur succedentibus bonis eternis ne sit pars malorum prioris angustie memorari. Sed hec et his similia possunt accipi sic ut non excludant memoriam precedentium malorum sed ex ea molestiam et lesionem amoueant. Non enim eorum memoria sanctos contristabit. vel eorum beatitudinem obfuscabit sed gratiores deo reddent. Unde super psalmum octuagesimum septimum ait greg. Quomodo in eternum misericordias domini cantet qui miserie non meminit. Quomodo autem plena beatitudo si memoria reatus mentem tangit. Sed sepe leti tristius meminimus. et sanis dolorum meminimus sine dolore. et inde amplius leti et gratifsumus. Ex his apparet quod si priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro non eis tamen erit ad penam vel glorie derogationem sed ad gratiarum actionem. Si vero queritur verum peccata que fecerunt electi prodeant tunc innoticiam omnium sicut mala damnatorum. omnibus erunt nota. non legi hoc expressum in scriptura. Unde non irrationabiliter putari potest. peccata hic per penitentiam tecta et deleta illic etiam regi alijs. alia vero cunctis apparari.

De lo 7 8 iustis 8 x moraliu

1 cor 14

1 cor 14

De his qui viui reperientur.



Aug 20 li. 3. d. 2. r. 2. et. Ingle  
supra id. qm. ipse. 29. 1. 1498. 2.

**Q**ueri solet utrum illi quos viuos inueniet xpc nunq̄ omnino mori tūri sūt. an ipso tēporis puncto quo rapiētur obuiā xpo ad immortalitatem mira celeritate sūt transcuri. Non em̄ dicendum ē fieri non posse. nisi per aera in sublimē portentur in illo spacio & moriantur & reuiuiscant. Ad hunc autem sensum quo estimemus illos in p̄uo spacio & passuros mortem. & accepturos immortalitatem. ap̄stolus nos vr̄gere videtur vbi dicit. Omnes in xpo uiuificabimur. & alibi. Quod seminas non uiuificatur. nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile videatur illā multitudinem corporum in aere quodammodo seminari atq; ibi p̄tinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere. cū credamus in ictu oculi futuram resurrectionem & in membra sine fine picturam. tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadaverum puluerem. sed vellet de his potius audire doctiores. Si ergo sanctos qui reperientur xpo ueniente uiuentes ei q̄ obuiam rapiētur crediderimus i eodem raptu de mortalibus corporibus erituros & ad eadem mox immortalia facta redituros. Nullas in uerbis ap̄stoli patiemur angustias. generaliter accipietes illud quod dictum ē. Omnes quidem resurgemus scilicet tam boni q̄ mali. sed non omnes immutabimur scilicet in solennitatem resurrectionis. De hoc etiam ambrosius ait in ipso raptu eorum qui uiui reperientur mors erit & resurrectio vbi anima quasi per soporem egressa de corpore eidem in momento reddatur. Contra uero scribens ad marcellam iero. detestari uidet̄ dicens. Quosdam in fine seculi adueniente xpo nō esse mortuos. sed uiuos repertos in immortalitatem repete mutandos. Horum autem qd̄ uerū sit n̄ ē humani iudicij diffimire

et inueniet xpc in puluis et  
et inueniet xpc in puluis et

1498. 2. 29. 1. 1498. 2.

Aug. 20 li. 3. d. 2. r. 2. et. Ingle  
supra id. qm. ipse. 29. 1. 1498. 2.

**Quomō intelligitur xpc iudex uiuorum & mortuorum.**

**H**is autem adiciendū est duplīciter intelligi qd̄ dicitur xpc iudicatur? uiuos & mortuos. Aut em̄ uiui accipiuntur qui in aduentu eius uiui reperientur. licet in raptu moriant. & mortui qui ante decesserant vel uiui. & mortui accipiuntur iusti & iniusti.

**Quomodo omnes incorrupti.**

**Q**uoniam ex predictis sane credi ualeat. & omnes resurrecturos credendum ē. etiam qd̄ omnes resurgent incorrupti non uicq; impassibiles. quia mortem patientur eterna. sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra. Nec tamen gloria ac specie impassibilitatis induent.

**De etate & statura resurgentium.**

**S**olent autem nonnulli percontari & querere an in eadem etate & statura corporis omnes resurrecturi sūt. Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram etatis & stature xpi. Ideo quia ap̄stolus ait. Donec occurramus omnes in uirum perfectum in mensuram etatis plenitudinis cristi. Sed his uerbis non eadem resurgentibus assignatur statura sed etas. Omnes em̄ in eadem etate resurgent. in qua xpc mortuus ē. & resurrexit. cuiuscunq; etatis mortui fuerit. Vnde autem posuit non ut distingueret sexus sed ut significaret perfectionem uirū quā tunc habebunt. sed non omnes eandem staturam corporis obtinebunt. Vnde de aug. Non ait in mensuram corporis uel stature / sed etatis. quia unusquisq; suam recipiet mensurā corporis quā uel habuit in iuuentute. etiam si senex obijt uel fuerat habiturus. si ante ē defunctus? Etas uero erit illa ad quā peruenit xpc scilicet inueniens vbi circa xxx. annos. Triginta em̄ annorum duum & trium mensū erat etas xpi in q̄ mortuus ē & resurrexit.

Aug. 20 li. 3. d. 2. r. 2. et. Ingle  
supra id. qm. ipse. 29. 1. 1498. 2.

Aug. 20 li. 3. d. 2. r. 2. et. Ingle  
supra id. qm. ipse. 29. 1. 1498. 2.

*quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis  
quod dicitur in scripturis*

Non est autem fas dicere quod in resurrectione accedat corpori magnitudo quam nec habuit hic. nec erat habiturum diu uiuendo. nec maiora corpora redigenda sunt ad modum domini corporis. Periret enim multum de illis corporibus. cum nec periturus sit capillus ut ait dominus. Capillus de capite vestro non peribit.

Resurget quidquid fuit de substantia et natura corporis et in eadem parte corporis.

**N**on enim peribit deo terrena materies de qua mortalium creatur caro. sed in quemlibet puluere cemerue soluatur in quoslibet alicuius aurasque diffugiat. et in quocumque aliorum corporum substantiam vel in ipsa elementa vertatur in quocumque animalium vel hominum cibum carnemque mutetur illi anime puncto temporis redibit quam illam carnem primitus ut homo fieret cresceret uiueret animauit. Ipsa ergo terrena materies qua discedente anima fit cadaver non ita resurrectione reparabitur ut ea qua dilabuntur et in alias atque alias rerum species vertuntur quousque ad corpus redeant unde dilapsa sunt ad eadem quoque corporis partes ubi fuerunt redire necesse sit. Alioquin si capillus redit quod tam crebra tonsura decrauit. si unguis quod toties depressit exsectio immoderata et indecens cogitantibus resurrectionem carnis. et ideo non credentibus occurrit infirmitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli igne liqueceret vel conteretur in puluere vel confunderetur in massam. et ea vellet artifex rursus ex illius materia et quantitate reparare nihil interesset ad eius integritatem que particula materie cui membro statue redderetur. dum tamen totus ex quo constituta fuerat restituta resumeret. ita deus mirabiliter. atque ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra extiterat eam mirabili celeritate re-

stituet. Nec aliquid attinebit ad eius reintegrationem. utrum capilli ad capillos redeant et ungues ad ungues an quidquid eorum perierat mutetur in carnes et in partes alias corporis reuocetur curante artificis prudentia ne quid indecens fiat. Indecorum quippe aliquid ibi non erit. sed quidquid futurum est hoc decebit. quia nec futurum est si non decebit

Sancti sine omni deformitate resurgent.

**H**oc autem in corporibus sanctorum intelligendum est. de quibus consequenter adiungit. Resurgent ergo sanctorum corpora sine ullo vitio. sine ulla deformitate sicut sine ulla corruptione onere. difficultate. in quibus tanta facilitas quanta felicitas erit. propter quod et spiritualia dicta sunt cum proculdubio corpora sint futura non spiritus. Ex his apparet quod una erit etas omnium resurgentium scilicet iuuenilis. statura vero diuersa scilicet quam quisque habuerit in iuuenili etate vel erat habiturus. si ante est defunctus nec de substantia de qua hominis caro creatur. Aliquid peribit sed omnium particularum ante dispersarum collectione reintegrabitur naturalis substantia corporis sanctorumque corpora sine omni vitio fulgida sicut sol refulgent precisis cunctis deformitatibus quas hic habuerunt.

Si mali tunc habeant quas hic habuerunt deformitates.

**D**e reprobis autem queri solet an cum deformitatibus hic habitis resurgent. hoc autem augustinus non asserit. sed dubium relinquit ita inquit. Quicumque ab illa perditionis massa que per adam facta est non liberabuntur per christum. resurgent quidem etiam ipsi unusquisque cum sua carne. sed ut cum dyabolo eiusque angelis puniantur. utrum vero ipsi cum vitijs et deformitatibus suorum

corporum resurgant quecumque in eis gestauerunt in requirendo labore quod opus est. Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulcritudo. quorum erit certa et sempiterna damnatio. Ecce non diffinit an tunc habeant deformitates quas hic habuerunt reproborum corpora.

¶ Quod non consumunt corpora que tunc ardebunt

**I**vero queritur de corporibus malorum quomodo in igne ardeant et non consumantur augustinus varijs exemplis astruit et sempiternis ignibus ea ardere et non consumi illa combustionem sicut animus cui presentia corporis vivit et dolorem pati potest. et mori non potest. Hoc enim erit tunc etiam in corporibus damnatorum quod non esse scimus in animis omnium

¶ Si demones corporali igne cremantur

**Q**ueri etiam solet an demones corporali igne ardeant. ad quod augustinus respondens ait. Cur non dicamus quibus miris. tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse pena corporalis ignis affligi si spiritus hominum etiam ipsi incorporei et nunc potuerunt includi corporalibus membris et tunc potuerunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. Gehenna illa que stagnum ignis et sulphuris dicta est corporeus ignis erit et cruciabit damnatorum corpora hominum vel demonum sed solida hominum aerea demonum. Unus enim utriusque ignis erit ut veritas ait. De quo igne si queritur. qualis vel ubi sit. augustinus sic respondet. Ignis eternus cuius modi sit et in qua mundi vel rerum parte futurus sit. hominem scire arbitror neminem nisi forte cui spiritus divinus ostendit.

¶ Si anime sine corporibus sentiunt ignem corporalem.

**Q**uoniam autem constat animas igne materiali in corporibus cruciandas. queri solet an interim ante resurrectionem corporum anime defunctorum reproborum materiali igne concrementur. De hoc Julianus toletane ecclesie episcopus gregorius dicta secutus ita scripsit. Si viventis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore. cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur. Teneri autem per ignem spiritum dicimus ut in tormento ignis sit. videndo atque sentiendo. Quod autem non solum videndo sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiatur ex euangelio colligitur ubi veritatis voce dives mortuus dicitur in inferno sepultus. cuius anima quod in igne teneatur insinuat cum abraham deprecatur dicens. Mitte lazarus ut intingat ex. d. s. in. a. ut. re. l. m. quia. cru. in. b. f. Dum ergo peccatorem divitem damnatum in ignibus veritas prohibet quis sapiens reproborum animas teneri ignibus negat. Precipue cum humanam animam corporis similitudinem habere doceat. augustinus ita inquit. proferri animam habere posse similitudinem corporis et corporalium omnino membrorum quisquis renuit. potest negare animam esse que in somnis videt vel ambulare se vel sedere vel huc atque illuc. gressu vel etiam volatu ferri. hoc sine quadam similitudine corporis non fit. proinde si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit non corporalem sed corpori similem. ita etiam in locis videtur esse non corporalibus. sed corporalium similibus sive in requie sive in doloribus. In cassiani etiam voluminibus legitur. quod non sit ociose. neque nihil non sentiunt. cum dives ille in inferno se flamma cruciari clamet. unde probatur animas defunctorum non solum suis sensibus non privari. sed nec istis affectibus scilicet spe/tristitia/gaudio/ac metu carere. et ex his que sibi in illo generali examine reseruantur eas quidam iam incipere pręgustare.

*Handwritten marginal notes at the top of the page, including the number '21' and various Latin phrases.*

**De abortiuis fetibus & monstris.**

**I**llud etiam iuestigari oportet si abortiuus fetus & monstra resurgent & q̄lia de quo aug. ita ait. Occurrit d̄ abortiuis fetibus questio qui iam nati sunt i vteris matru. sed no ita ut iam possint renasci. Si em̄ resurrecturos eos dixerimus. De his qui iam formati sunt tolerari potest vtrūq; quod dicitur. Informes vero quis no p̄cluius perire arbitretur. sicut semina que cepta simul non fuerunt. Scrupulose quidem inter doctores queri ac disputari potest. quando incipit homo in vtero viuere. an sit quedam vita occulta que nondum motibus viuientis appareat. Negare em̄ viris se puerperia que ideo membratim exsecantur vt eiciantur ex vteris pregnatium. ne matres etiam si mortua fuit ibi relinquntur occidant nimia videtur. Ex quo aut̄ incipit homo viuere ex illo vtiq; iam mori potest. mortuus vero vbiunq; illi potuit mors euenire quo ad resurrectione no per timeat reperire nequeo. Neq; em̄ & monstra que nascuntur & viuunt quātumlib; cito moriantur. aut resurrectione negabuntur. aut ita resurrectione credenda sunt. Sed potius correcta eorum emendataq; natura. Absit em̄ vt illum bi membrum quem nuper natum in oriente fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt. & sanctus iero. scriptum reliquit vt vnum hominem duplicem ac non potius duos quod futurum erat. si gemini nasceretur resurrecturos estimemus ita zc. que nimia deformitate monstra dicuntur ad humane nature figuram resurrectione reuocabuntur.

*Dispositio 21<sup>ta</sup>*

**De diuersis animarum receptaculis.**

**P**osterea sciendū ē q̄ omnes anime vt ait aug. Cum de hoc seculo exierint diuersas habent receptiones. bone habent gaudium. male vero tormenta. Sed cum facta fuerit re

surrectio & bonorum gaudium amplius erit. & malorum tormenta grauiora quādo cum corpore torquebuntur. Ex his ostenditur q̄ maius erit gaudium sanctorum in resurrectione & plus q̄ fuerit ante & q̄ diuersa receptacula habebunt anime sanctorum. De quibus idem aug. ait. Tempus qd̄ inter hominis mortem & vltimam resurrectionem interpositum ē animas in abditis receptaculis continet sicut vnaqueq; digna est vel reque vel erumna p̄ eo qd̄ sortita ē i carne dū viueret.

**De suffragijs defunctorum augustinus in encheri.**

**N**eq; negandum est vt ait aug. defunctorū aias pietate suorū viuientium releuari. cum pro illis sacrificiū mediator offertur vel elemosine sunt in ecclesia. sed hec eis tantum prosunt qui cum viuerent hec sibi vt postea possent prodesse meruerunt.

**Quibus psint orationes & elemosine & sacrificium & huiusmodi.**

**E**st quidem viuendi modus nec tam bonus vt non requirat ista post mortem. nec tam malus vt ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono vt ista non requirat. & est rursus talis i malo vt nec his valeat cum hec vita transierit adiuuari. Quos circa hic omne meritum comparatur qd̄ possit post hanc vitam quispiam grauari vel releuari. Nemo em̄ speret qd̄ hic neglexit cum obierit apud deum p̄mereri. Non ergo ista que p̄ defunctis dimendādis frequētat ecclesia illi apostolice sic aduersa sententie qua dictum ē. Omnes astabimus ante tribunal xpi vt referat vnusquisq; secundum ea que per corpus gessit scilicet bona vel mala. quia etiam hoc meritum sibi quisq; cum in corpore viueret oparauit vt possent ei ista p̄deē

*Handwritten marginal notes at the bottom of the page, including the number '21' and various Latin phrases.*

Non enim omnibus profunt. et quare non nisi propter differentiam vite quam quisque gessit in corpore. Cuius ergo sacrificia siue altaris siue quarumcumque aliarum elemosinarum pro baptizatis omnibus offeruntur. pro valde bonis gratiarum actiones sunt. pro non valde malis sunt propitiatioes. sed pro valde malis et si nulla sunt adiuuamenta mortuorum. tamen qualescumque viuorum consolationes sunt. quibus vero profunt. vel ad hoc profunt ut sit plena remissio vel certe ut tollerabilior sit ipsa damnatio. Orationibus ergo sancte ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis que pro eorum spiritibus offeruntur. Non est dubium mortuos adiuari ut cum eis misericordius agatur a domino quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum tota obseruat ecclesia ut pro eis qui in communi corpore et sanguine domini defuncti sunt cum ad ipsum sacrificium loco suo commoventur oratur ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Non est ergo ambigendum ista prodesse defunctis. sed talibus qui ita vixerunt ante mortem ut possint eis hec utilia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem eiusque sacramentis de corpore exierunt frustra illis a suis huiusmodi pietatis officia impenduntur. cuius dum hic essent pignora caruerunt non misericordiam sibi tesaurizantes. sed iram. Non enim mortuis noua merita operantur cum pro eis aliquid boni operantur sui. sed eorum precedentibus consequentia ista redduntur. Nam ista quisque sumens vitam. nisi quod in ea quisque meruerit non poterit habere post eam. Ecce quibus et qualiter profunt. illa que pro defunctis frequentat ecclesia mediocriter malis suffragantur ad pene mitigationem. Mediocriter bonis ad plenam absolutionem. Qui non habent tante perfectionis merita ut non indigeant iuari per pauperes quorum est regnum celorum quos sibi fecerunt amicos de mamona iniquitatis. Quorum tanta est perfectio ut his adiutorijs non indigeant quales

sunt apostoli et martires. Ut enim ait. augustinus. Inimura est pro martire orare in ecclesia. cuius nos debemus orationibus commendari. pro alijs autem defunctis oratur.

#### De officijs sepulture.

**Q**ue pompis vero exequiarum. Idem augustinus. ita dicit pompa funeris agmina exequiarum sumptuosa diligentia sepulture viuorum sunt qualescumque solatia non adiutoria mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa oberit pro vilis vel nulla. preclaras exequias in aspectu hominum purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum. sed multo clariores in aspectu domini vltimo illi pauperi ministerijs exhibuit angelorum qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum sed in abrahe gremium. Sit tamen cura mortuos sepeliendi et sepulcrum construendi quia hec in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. nec solum in corporibus patriarcharum aliorumque sanctorum. sed etiam in ipsius domini corpore. qui ista fecerunt laudati sunt. impleat ergo hec homines erga suos officia postremi muneris et sui humani lemmata meroris. Verum illa que adiuuant spiritus defunctorum scilicet oblationes orationes multo obseruantius percurent.

De duobus bonis quorum alter plura post mortem habet auxilia.

**S**olet moueri questio de duobus vno diuite altero paupere pariter sed mediocriter bonis que predictis suffragijs indigent et meruerunt pariter post mortem iuari. pro altero vero id est pro diuite speciales et communes fiunt orationes multeque elemosinarum largitiones. pro paupere vero non fiunt nisi communes largitiones. et orationes. Queritur ergo an tantum iuetur pauper paucioribus subsidijs quantum

diues amplioribz. Si non pariter iuuat non ei redditur secundum merita. Deseruit em pariter iuari quia pariter boni extiterunt. si vero tantum suffragij consequitur quantum diues quid contulerit diuiti illa specialiter p eo facta. Sane dici potest non ei magis valuisse generalia et specialia qm pauperi sola generalia suffragia. et tamen profuerit diuiti specialia non quidem ad aliud vel magis aliquid sed ad idem ad qd generalia vt ex pluribus et diuersis causis vni; perciperetur emolumentum. Potest tamen dici illa plura subsidia contulisse diuiti celeriorez absolutionem non pleniorē

**Quibus suffragijs iuuabuntur mediocriter boni qui in fine inueniuntur.**

**S**ed iterum queritur de aliquo mediocriter bono qui talibus indigens suffragijs in ipso confirmationis seculi articulo cui reliquis migrabit si saluus fuerit p eo non offertur vterius sacrificij vel orō vel elemosina nec habebat tante perfectionis merita. que his suffragijs non egerent. Nunq̄ ergo saluabitur. estimo euz quasi per ignem transeuntem saluari meritis et intercessionibus celestis ecclesie que p fidelibus semper intercedit voto et merito donec impleatur xpc.

**Quomodo sancti glorificati audiunt preces supplicantium et quomodo intercedunt p nobis ad dominum**

**S**ed forte queris. nunquit preces supplicantium sancti audiunt et vota postulantium in eorum noticiam perueniunt. Non ē incredibile animas sanctorum que in abscondito faciei dei veri luminis illustratione letantur in ipsius contemplatione ea que foris aguntur intelligere quantum illis ad gaudium vel nobis ad auxilium perimet. Sicut em angelis ita et sanctis qui deo assistunt

petitiones nostre innotescunt in verbo dei qd contemplantur. vnde et dicuntur angeli orationes et vota nostra offerre deo. non quia eum doceant. sed quia eius voluntatem super eis consulunt. Vnde aug. angeli qui sunt apud deum innotescunt petitiones nostre vt quodammodo eas offerant deo. et de his consulant et qd deo iubente implendum esse cognouerint. hoc nobis euidenter vel latenter reportent. Vnde et angelus hominibus ait. cum oraretis orationem vestram obtuli deo. ad omnia quedam scienda sufficit deo sua perfectio. habet tamen nuntios. id est angelos non qui ei que nesciat annuntient. Non em sunt vlla que nesciat. sed bonum eorum est de operibus suis eius consule re veritatem / et hoc ē qd ei dicuntur non nulla nunciare. non vt ipse ab eis discat. sed vt ab eo ipsi p verbū eius sine corporali sono nuntiant. etiam quod voluerit ab eo missi ad quos voluerit totum ab illo per illud verbum eius audientes id est in eius veritate inuenientes / quid sibi faciendum quid quibz et quando nuntiandum sit. Nam et nos orantes eum non eum docemus quia nouit vt ait verbum eius / pater vester quid vobis necessarium sit priusq̄ petatis ab eo. Nec ista ex tēpore cognouit / sed futura omnia temporalia atq; in eis etiam quid et quando ab illo peturi fueramz et quos et de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditurus esset sine initio ante presciuit. Non ergo dicitur angelus dei orationes nostras offerre deo q̄ si deus tunc non nouerit quid velimus et quo indigeamus que omnia anteq̄ fiat sicut et postq̄ facta sunt nouit. sed quia necesse habet rationalis creatura et temporales cās ad eternā veritate referre siue petendo quid erga se fiat siue consulendo quid faciat.

**Quod dictum est de angelis attribuit sanctis animabus**

**S**autez angeli a deo per verbū eius discunt petitiones nostras & quid de his implendum sit. & quid non. Cur non credamus & animas sanctorum dei faciem contemplantium in eius veritate intelligere preces hominum & que implende sint vel non. Inde est q̄ deus dicitur exaudire preces quorundam non solum quando effectui mācipat / sed etiam quādo innotescit curie angelorum & sanctorum animarū / quid inde futurum sit vel non. & quid cognoscunt in dei voluntate esse volunt & ipsi. Ideo em̄ superne voluntati addicti sūt vt nihil preter eius voluntatem queant velle. Intercedunt ergo ad deum p̄ nobis sancti. & merito / dum illorū merita suffragantur nobis & affectu dum vota nostra cupiunt impleri. Quod tamen n̄ faciūt nisi in voluntate dei implenda didicerint. Oramus ergo vt intercedant pro nobis id est vt merita eorum nobis suffragentur / & vt ipsi velint bonum nostrum. quia eis volentibus deus vult & ita fiet. Ex premissis constat q̄ cum quibusdam misericordius agit deus q̄ eorum peccata meruerint scilicet cum mediocriter malis qui suffragijs ecclesie iuuantur.

*Distinctio 20<sup>ma</sup>*

**S**i valde malis detur mitigatio pene

**S**ed queritur hic de valde malis vtrem & ipsi in aliqua earum penarū mitigacione dei misericordiam sentiant vt minus q̄ meruerint puniantur. Quidam autumant eos nullā releuacionem pene habituros. quod confirmant iacobi auctoritate dicentis. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. aug. etiā ait. Misericordia hic exhibetur sc̄z ad iudicium in futuro. Idem distinguens quomodo omnes vie domini sicut misericordia & veritas ait erga sanctos omnes. vie dei misericordia veritas. quia & in iudicando subuenit & ita nō deest misericordia

*hanc dicitur deo p̄ nobis  
intercedunt angeli  
sancti & iusti q̄ p̄  
deum omnia dispensantur*

& in miserando id exhibet quod pmisit ne desit veritas. Erga omnes aut quos liberat & damnat omnes vie sunt misericordia & veritas. quia vbi nō miseretur vindicte veritas dat dices vbi n̄ miseret dat intelligi aliquid a deo fieri vt non miseretur / sed his occurrit qd̄ ait cassiodorus super psalmum. l. loquens de misericordia & pietate dei. hec due inquit res iudicio dei semper adiuncte sunt. Ergo & in punitione malorum non est iusticia sine misericordia. Ideo de iudicio & misericordia ait. hec duo mutua societate sibi iunguntur. In his breuiter opera omnino dei includit. **Rug.** quoq; respondens illis qui reproborum supplicia sine habitura contendunt ita illorū repellit opinionē. asserens reprobos perpetuo puniendos vbi eorum supplicia mitigari aliquatenus non neget. frustra inquit nonnulli eternam damnandorum penas & cruciatus sine intermissione perpetuos. humano miserantur affectu. atq; in futurum esse non credunt. Non quidem scripturis aduersando diuinis. sed pro suo motu dura quoq; molliendo & in leuiorem flectendo sententiam qua putant in eis terribilē esse dicta q̄ verius. Nō enim inquit obliuiscetur misereri deus aut cōtimeat in ira sua misericordias suas hoc quidem in psalterio legitur. **Sz** de his intelligitur qui sunt vasa misericordie. quia & ipsi non pro meritis suis sed deo miserante de miseria liberantur. aut si hoc ad omnes estimant pertinere non ideo necesse est vt damnationem opprimantur summi posse eorum de quibus dictum est. **Ibunt** hi in supplicij eternū ne hoc modo putetur habitura fines felicitas eorum de quibus econtrario dictum ē. **Iusti** autem in vitam eternam. Sed penas damnatorū ceteris temporibus estimant si hoc eis placet aliquatenus mitigari. & sic quippe intelligi potest manere ira dei in illis id est ipsa dānatio. **Hec** em̄ vocatur ira dei non diuini animi perturbatio vt in ira sua id est

*7<sup>ma</sup> m<sup>o</sup>*

*Deus r. 22*

*20<sup>9</sup>*

*Et dicitur quod Job 22 dicitur abaque misericordia  
dicitur misericordia in ira q̄ dicitur illis in ira  
in ira aut p̄ uictus es agna de glo & a sed aie dicit  
Hec dicitur tu misericordia & ira dicit q̄ dicitur in ira  
Et dicitur quod Job 22 dicitur abaque misericordia  
dicitur misericordia in ira q̄ dicitur illis in ira  
in ira aut p̄ uictus es agna de glo & a sed aie dicit  
Hec dicitur tu misericordia & ira dicit q̄ dicitur in ira  
Et dicitur quod Job 22 dicitur abaque misericordia  
dicitur misericordia in ira q̄ dicitur illis in ira  
in ira aut p̄ uictus es agna de glo & a sed aie dicit  
Hec dicitur tu misericordia & ira dicit q̄ dicitur in ira*

Compendio de... de misericordia... pena...  
accusatio... de... de... de...  
que... de... de...

manente ira sua non contineat misera-  
tiones suas. non eterno supplicio finem  
dando. sed leuamen adhibendo vel in-  
terponendo cruciatibus. quia nec psal-  
mus ait ad finendam iram suam vel p[er]  
iram suam. sed in ira sua. Que si sola es-  
set alienari a regno dei. carere magna  
multitudine dulcedinis dei. tam gr[ati]as  
tamen e[st] pena. ut ei possint nulla tormen-  
ta que nouimus comparari si illa sit eter-  
na. ista autem sit q[ui]libet multis seculis  
longa. Manebit ergo sine fine mors per-  
petua damnatorum. et ipsa omnibus erit  
communis. sicut manebit communiter  
omnium vita eterna sanctorum. Ecce ita  
asserit hic penas reproborum non esse fi-  
nendas quod non improbat si dicatur.  
eorum supplicio aliquod leuame adhibe-  
ri. unde et non incongrue dici potest de-  
um et si iuste id possit non omnino tam  
punire malos in futuro quantum merue-  
runt. sed eis aliquid quantuncunq[ue] mali  
sint de pena relaxare.

**Determinat premissas auctoritates.**

**Q**uod ergo dictum e[st] iudicium si-  
ne misericordia fieri illi qui non  
fecit misericordiam. Ita in-  
telligi potest q[uod] iudicium damnationis  
fiet illi qui non fecit misericordiam pro  
eo q[uod] fuit sine misericordia. vel fiet ei iu-  
dicium sine misericordia. liberante et sal-  
uante qui tamen in aliqua pene alleuias-  
tione misericordiam dei sentiet. Ita cum  
dicitur a misericordia hic iudicium in fu-  
turo non negetur quoniam in futuro sit mise-  
ricordie effectus. et in electis qui per mi-  
sericordiam ab omni miseria liberabuntur  
et in reprobis qui min[us] q[uam] meruerint cru-  
ciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur  
fieri dei misericordia et iudicium in futu-  
ro. quia et hic multis modis miserebit de[us]  
quibus non miserebitur tunc. Vocat em[en]  
deus nunc peccatores et iustificat quod  
tunc non faciet. et tunc reddet singulis  
secundum merita sua manifeste iudicas

bit qui nunc occulte iudicat.

**De occulto iudicio dei.**

**H**uius occultum iudicium ut ait  
aug[ustinus] intelligitur pena qua quis  
q[ui] vel exercetur ad purgationem  
vel mouetur ad conuersionem vel si con-  
temnit excecatur ad damnationem. Oc-  
cultum ergo iudicium dei pena dicitur  
qua iudicat purgando conuertendo vel  
excecando. Iudicia quoq[ue] dei interdum  
appellantur dispensationes eiusdem om-  
nib[us] reb[us]. unde q[uod] in comprehensibilia  
sunt iudicia eius. et iudicia eius abissus  
multa. Iudicium autem quo in futuro  
iudicabit intelligitur sententia qua ven-  
tilabitur area id e[st] diuidentur localiter  
boni a malis ministerio angelorum. et isti  
in vitam ducentur. illi in supplicium mu-  
tentur qui nunc simul mixti sunt

id est p[er] h[oc]...

20 11 12... In libro...  
mirabilis...  
Ipsa iusticia appellat...  
q[uod] vult...  
p[er] h[oc]...

**De iusticia et misericordia dei.**

**S**ed quomodo iusticia dei et pie-  
tatem. id est misericordiam su-  
pra cassiodoro duas esse res di-  
xit que semper adiuncte sunt iudicio dei  
Iusticia em[en] dei et misericordia non due  
res sed vna res id est vna diuina essentia  
est sicut supra pluribus auctoritatib[us] os-  
tensum e[st]. quia non e[st] deo aliud esse mise-  
ricordem q[uam] misericordiam. nec iustum  
q[uam] iusticiam. sed idem proorsus. nec aliud  
est ei esse misericordem q[uam] iustum. vel mi-  
sericordiam q[uam] iusticiam. sed omnino idem e[st]  
quia non denominatiue. sed essentialiter  
hec de deo dicuntur. Cur ergo dicit  
scriptura de operibus dei quedam esse  
misericordie. quedam iusticie. Si ergo  
iusticia dei misericordia e[st] quecunq[ue] sunt  
opera misericordie esse videtur iusticie  
et econuerso. His responderi potest sic  
illis locutionibus quibus huiusmodi o-  
perum sunt distinctiones ut alia misericordie  
alia iusticie alia bonitati attribuantur  
non diuersitas subiacentis id est rei his

20 11 12...  
Ipsa iusticia appellat...  
q[uod] vult...  
p[er] h[oc]...

20 11 12...

20 11 12...



*¶ S. t. Veritas in se non est effectus sed effectus in se non est veritas sed effectus in se non est veritas sed effectus in se non est veritas*

vocabulis significare exprimitur. sed va-  
rietas sensuum et effectuum in creaturis  
monstratur. Cum enim dicitur deus iustus  
vel iusticia essentia diuina predicatur et  
etiam quod ipse sit distributor et iudex me-  
ritorum intelligi datur. Ita et cum dicitur  
misericors essentia diuina predicatur  
et insuper quod ipse sit miserorum liberator  
intelligi datur. Similiter cum dicitur bo-  
nus essentia diuina predicatur. ut cum  
dicitur deus. et insuper auctor omnium  
bonorum ostenditur. Ita et cum dicitur  
deus essentia diuina predicatur. et ipse ti-  
mendus ostenditur. Inde ergo quedam  
opera misericordie. quedam iusticie di-  
cuntur. non quia diuina essentia hec et il-  
la operetur et quia hec et illa sunt opera  
diuine essentiae que dicitur misericordia  
et iusticia. sed quia quedam sunt quibus  
ostenditur iudex et equus distributor. quod-  
dam quibus ostenditur miserator. Misericors  
enim dicitur in natura. miserator  
in exhibitione. et in quibusdam operibus  
dicitur effectus esse misericordie. in qui-  
busdam effectus iusticie. non quod aliud ef-  
ficiat iusticia. aliud misericordia dei. Si  
ad essentiam referas. sed quia ex quibus-  
dam effectibus intelligitur iudex. ex qui-  
busdam miserator vel ut quibusdam placet  
iustus et misericors. sed secundum  
hoc occurrit questio quomodo ex alijs  
ostendatur. et ex alijs misericors cum sit  
idem ei esse iustum et esse misericordem.  
Si enim secundum eandem rationem dicitur  
iustus et misericors ex eo opere quo  
intelligitur iustus intelligitur misericors  
et econuerso. Sed dixi supra quia cum di-  
citur deus iustus et misericors ita eadem  
diuina essentia significatur. et secundum  
eam idem predicatur ut etiam quedam  
diuersa intelligantur. Intelligimus enim  
per hoc eum esse miseratorem et iustum  
iudicem. quod euidenter origenes ostendit  
dicens. Omnia que dei sunt ipse est.  
ipse sapientia eius. ipse fortitudo. iusticia  
sanctitas. ipse prudentia. sed cum vnum  
sit in subiacenti per varietate sensuum di-

*¶ S. t. Veritas in se non est effectus sed effectus in se non est veritas sed effectus in se non est veritas*

*¶ S. t. Veritas in se non est effectus sed effectus in se non est veritas sed effectus in se non est veritas*

uersis nuncupatur vocabulis. Aliud enim  
significat sapientia aliud iusticia. Quan-  
do enim sapientia dicitur disciplinis te di-  
uinarum humanarumque rerum iusticie  
re intelligitur. quando iusticia distribu-  
tor vel iudex meritum insinuat. Ita  
et prudentia cum dicitur doctor et demon-  
strator bonarum vel malorum rerum vel  
neutarum intelligit.

**¶ Autoritatibus probat quedam iusticie. alia  
misericordie. alia bonitati tribui**

**Q**uod autem quedam opera mi-  
sericordie. quedam iusticie. que-  
dam bonitati attribuantur in scrip-  
turis facile est reperire. et de misericordia  
quidem et iusticia manifestum est. de bo-  
nitate vero et misericordia amplius latius  
sed aug. docet illa opera proprie ad miseri-  
cordiam pertinere quibus aliqui a miseria  
liberantur. Ad bonitatem vero non  
solum illa. sed facturam et gubernationem  
naturalium ita dicens. ad misericordiam  
pertinet quod a peccatis mundat. et de mi-  
seria liberat. Ad bonitatem vero quod celum  
et terram et omnia valde bona creauit ut  
essent idem celi non indigent misericordiam  
vbi nulla est miseria in terra hominis  
abundat miseria et superabundat dei mi-  
sericordia. Miseria ergo hominis et mi-  
sericordia dei plena est terra non celi qui non  
indigent misericordia. indigent tamen re-  
gente domino. Omnia enim indigent do-  
mino et misera et felicia. quia sine illo mi-  
ser non subleuatur. felix non regitur. Ita  
alibi misericordia est erga miseros. bo-  
nitas erga quoslibet. Interdum tamen  
misericordia large accipit ut bonitas.

**¶ Quomodo vniuersae vie domini dicantur mi-  
sericordia et veritas**

**Q**uod hoc considerari oportet. ex  
quo sensu vniuersae vie domini  
dicantur misericordia et veritas  
hic multiplicem recipit expositionem.

*¶ S. t. Veritas in se non est effectus sed effectus in se non est veritas sed effectus in se non est veritas*

Universe enim vie domini quibus ad nos venit ut ait aug. super psalmum. intelligunt duo adventus. primus in quo manifestam et multiplicem misericordiam nobis exhibuit. et secundus in quo requirendo merita iusticiam exhibuit. Universe etiam vie domini id est quibus ad dominum ascendimus sunt iusticia qua a malo declinamus. et misericordia qua bonum facimus. In his enim duobus omne bonum meritum includitur. Sed cum superius cassio dixerit in his duobus omnia opera dei includi. merito queri potest an in omni opere domini hec duo mutuo sibi iungantur. Quibusdam placuit non in omni opere domini hic duo concurrere secundum effectum dico. nam secundum essentiam non dividitur misericordia a iusticia sed unum est. Verum secundum effectum non in omni opere domini dicunt esse misericordiam et iusticiam. Sed in quibusdam tantum misericordiam et in alijs iusticiam atque in alijs misericordiam et iusticiam. Fatentur tamen dominum omnia que fecit misericorditer agere et iuste. referentes ratione dicti ad dei voluntatem que iusticia est et misericordia non ad effectus misericordie et iusticie qui sunt in rebus. Alijs autem videtur quod sicut dicitur deus omnia opera sua iuste facere et misericorditer ita concedendum sit in omni opere dei iusticiam esse et misericordiam id est clementiam secundum effectum vel signum. quod nullum opus dei est in quo non sit effectus vel signum equitatis et clementie siue occulte siue aperte aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas et occulta equitas. aliquando vero e converso.

**De sententia iudicij. Distinctio xlii**

**S**olet etiam queri qualiter dabitur iudicij sententia. Sed non est perspicuum id explicare. Non enim scriptura aperte diffinit an voce illa preferantur. Venite benedicti. et ite male:

*De iudicij sententia. Distinctio xlii. Quod dicitur in scriptura. Venite benedicti. et ite male. Quod dicitur in scriptura. Venite benedicti. et ite male. Quod dicitur in scriptura. Venite benedicti. et ite male.*

dicti. an virtute iudicis ita fiat conscientijs singulorum ita attestantibus ut modo dicitur futurum ut iudicis potentie effectus ipsius dictione significetur. **I**lla etiam esurij et non dedistis mihi manducare et huiusmodi magis conscientijs exprimebatur plurimi putant quod verbis. quia apostolus in memeto et in ictu oculi ministerium consummationis tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantum referunt non ad iudicium qui iudicij sententiam et malorum increpationes et bonorum premia verbis exprimebatur asserunt.

*quod dicitur in scriptura. Venite benedicti. et ite male. Quod dicitur in scriptura. Venite benedicti. et ite male.*

**Quid iudicabunt sancti et quomodo**

**N**on autem solus xpc iudicabit sed et sancti cum eo iudicabunt nationes. Ipse enim apostolis ait sedebitis et vos super duodecim sedes iudicantes. xij. tribus israel. Nec est putandum quod xij. apostolis tantum hoc promiserit xpc. Vbi enim sedebit paulus qui plus omnibus laboravit si non ibi sedebunt non xij. Per xij. ergo sedes perfectio tribunalis id est universitas iudicantium intelligitur scilicet omnes perfecti qui relictis omnibus secuti sunt xpm. per xij. tribus universitas iudicandorum. Iudicabunt vero eos sancti non modo comparatione sed etiam auctoritate et potestate. unde gladij ancipites in manibus eorum id est sententia de bonis et de malis in potestate eorum. Si vero queritur que erit eorum potestas vel auctoritas in iudicando. puto non ante posse sciri quod videatur nisi divina revelatione quis didicerit.

**De ordinibus eorum qui iudicandi erunt.**

**S**unt autem quatuor ordines in iudicio. Due quippe sunt partes electorum scilicet et reproborum ut greg. in moralibus ait. Sed boni ordines eisdem singulis partibus contmentur. Alij enim iudicantur et pereunt. alij

C

non iudicantur & pereunt. alij iudicantur  
& regnant. alij non iudicant & regnant  
**J**udicantur & pereunt quibus dominica  
inclamacione dicitur. Esurivi & non de-  
distis mihi man. 2c. Non iudicatur & pe-  
unt quibus dominus ait. qui non credit  
iam iudicatus est. Eorum em̄ damnatio  
toti ecclesie nota ē & certa. & ideo dicitur  
tunc non iudicari. Quia ad conspe-  
ctum districti iudicis cum aperta dam-  
natione sue infidelitatis accedent. Qui  
vero professione fidei sine operibz hnt  
iudicabunt & peribunt. id ē redarguent  
vt pereant. Qui vero nec fidei sacramē-  
ta tenuerunt / increpatione iudicis in se  
fieri non audiunt. quia infidelitatis sue  
tenebras p̄iudicati eius quez desperes-  
runt inuectione redargui non merentur  
**I**lli saltem verba iudicis audiunt qui ei  
us fidem saltem verbo tenuerunt. Illi i  
damnatione sua eterm iudicis nec verba  
p̄cipient que eius reuerentiam nec ver-  
bo tenus seruare voluerūt. & ideo illi iu-  
dicandi isti non iudicandi dicuntur. Ex  
electorum vero parte alij iudicantur &  
regnant scilicet qui vite maculas lacri-  
mis tergunt & elemosinarum super indu-  
ctione operiunt quibus iudex veniens in  
dextra consistentibus dicit esu. & dedi-  
stis mihi manducare. Alij autem non iu-  
dicantur & regnant. qui etiam p̄cepta  
legis perfectiori virtute transcendunt.  
quia non hoc solum qd̄ lex precipit im-  
plere cōtenti sunt / sed & qd̄ ad perfectō-  
nem consulitur implere student. de qui-  
bus p̄phetā ait. Dominus ad iudicium ve-  
niet cū senatoribus populi sui. Et salo-  
mon de ecclesie sponso loquens ait. No-  
bilis in portis vir ei⁹ quando sederit cū  
senatoribus terre. & iob ait. Non saluat  
impios & pauperibus iudicium tribuit.  
**H**ij ergo recte sub generali iudicio non  
tenentur. sed iudices veniunt. quia & p̄-  
cepta generalia viuendo vicerunt & om-  
nibus relictis xpm secuti sūt. Recte pau-  
peribus iudicium tribuit qui quanto hu-  
ic mūdo magna humilitate despecti sūt

tanto tunc maioris culmine potestatis  
excrescent de talibus dicitur. Qui vice-  
cerit dabo ei sedere mecum in throno  
meo sic & ego vici & sedi cū patre meo  
in throno eius. Vincens dominus cū pa-  
tre in throno sedit. quia post passionis  
certamē & resurrectionis palmam q̄ par-  
ter esset equalis omnibus claruit. No-  
bis vero in throno filij sedere est ex eius-  
dem filij potestate iudicare. Qui em̄ iu-  
dicandi principatum ex eius virtute per-  
cipimus quasi in throno eius residemus  
Ex his apparet qd̄ etiam p̄fectiores san-  
cti cū xpo iudicabunt potestate. & qua-  
re quidam dicuntur iudicandi. alij non  
iudicandi.

### De ordine iudicij & misterio angelorū.

**Q**uam autem in euangelio legat-  
ur qd̄ dominus mittet angelos  
suos qui colligent de regno ei-  
us omnia scandala & mittent iniquos  
in caminum ignis. Et item exhibunt ange-  
li & separabunt malos de medio iustorū.  
& mittent eos in caminum ignis. Et ite-  
rum mittet angelos suos cū tuba & cō-  
gregabunt electos a quatuor ventis. &  
cum p̄pheta dicat. Congregate illi san-  
ctos eius ministerio angelorum illa im-  
pleri dubitandum non ē. Domino em̄  
veniente ad iudicium precedet ante euz  
ignis quo comburetur facies mundi hu-  
ius & peribit celum & terra. non secundū  
substantiam / sed secundum speciem que  
immutabitur. celum quidem aereum n̄  
ethereum. Tantum em̄ ascendet ignis i  
iudicio. quātum ascenderunt aque in di-  
lunū. Ille aut̄ ignis malis qui repti fue-  
rit viui erit consumptio. bonis vero non  
**V**t em̄ ait aug. hoc erit incendiū mūdi  
sanctis quod fuit caminus tribus pueris  
**I**n quibus si aliquid purgandum fuerit  
per illum ignem purgabitur. Alijs vero  
nullam ingeret molestiam. Purgato ve-  
ro per ignem mundo. & ad iudiciū veniē-  
te domino. emittet vox illa magna qua

Andli p̄ nobiles q̄ filij iherosolimitani di q̄ ad gentes missos  
ut omnes gentes in xpo le. p̄ dicitur. Et vultu h̄  
q̄ vultu missus h̄. q̄. ad l̄

resurgent omnes mortui. et tunc ministerio angelorum ventilabitur arena. quia boni congregabuntur ibi de quatuor partibus orbis angelico ministerio quo et rapiuntur obviam christo in aera. reprobis in terra quam dilexerunt remanentibus. Et tunc preemia illa bonorum esurivi et dedistis mihi manducare. Et increpationes ille malorum esurivi et non dedistis mihi manducare et proferentur. vel sono vocali. vel alio modo. Demque proferentur sententia super utrosque. Venite benedicti et ice ma. et ministerio angelorum virtute dei cooperante mittentur mali in caminum ignis hoc est in infernum.

**¶ Si post iudicium demones preerunt hominibus ad puniendum.**

**H**et solet queri utrum in inferno malis ad puniendum presint demones post iudicium quos carmines tortoresque animarum scriptura appellat. apostolus dicit quod christus tunc evacuabit omnem principatum et potestatem et virtutem. Dum enim durat mundus angeli angelis. demones demombus. homines hominibus presint. sed omnibus collectis. iam omnis prelatio cessabit. hinc quidam putant post iudicium demones non habere potestates cruciandi homines sicut modo. sed ut demones virtute dei cruciari sine creature ministerio asserunt sic reprobos homines ibi non per operationem demonum. sed virtute diuina tantum eterne subici cruciatibus. Premissa tamen autoritas non id cogit consentire que et si asserat. tunc non demones demombus. nec homines hominibus preesse. non diffinit tamen an demones presint hominibus ad torquendum. Unde quibusdam videtur eos sic constare hominibus tortores in pena. sicut extiterunt incitatores in culpa.

**¶ De forma iudicis.**

**S**olet etiam queri in qua forma christus iudicabit in forma utique serui iudicabit que omnibus in iudicio apparebit ut videant mali in que pupugerunt. Diuinitatem vero eius mali non videbunt. Unde isaias. Tollatur impius ne videat gloriam dei. humanitatem videbunt ut timeant. Diuinitatem vero non. ne gaudeant. diuinitas enim sine gaudio videri non potest.

**¶ Apparebit tunc in forma serui.**

**E**t cum in forma humana constet eum appariturum queritur an in forma illa gloriosa appareat sicut vere est. an in forma qualis in passione extitit. Quidam putant a malis talem videri qualem crucifixerunt id est infirmam quia dicit scriptura ut videant in quem pupugerunt. sed aperte augustinus dicit. formam serui glorificatam a bonis et a malis tunc videri sic. cum in forma serui glorificata iudicantes viderint boni et mali. tolletur impius ut non videat claritatem dei que deus est quam soli mundo corde videbunt. quod erit eis vita eterna. forma ergo humana in christo glorificata videbitur a cunctis. unde et christus dicit iudicaturus. quia filius hominis est. Ita enim legitur in euangelio iohannis. Et potestatem dedit ei iudicium facere. quia filius hominis est. non quod ipse ex virtute hominis sit iudicaturus. vel quod ipse solus sine patre et spiritu sancto sit iudicium factururus. sed quia ipse solus in forma serui iudicans bonis et malis videbitur. Cum ergo pater non iudicat quemquam. sed omne iudicium dedit filio non ita est intelligendum quasi filius solus iudicet et non pater. sed quia forma filij humana cunctis in iudicio apparebit non in forma infima sed gloriosa. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis non sine patre et spiritu sancto et apparebit terribilis impiis. et misericors iustis. Erit enim terrore malis. et lumen iustis.

quoniam ad...  
lat...  
+ glie...

3009 12 - 90 14 a part 1

20 100

De forma iudicis. 28  
De forma iudicis. 28

**Quare secundum formam serui dicitur  
xpc suscitaturus corpora.**

**S**icut dicitur xpc secundum formam serui iudicaturus propter causam premissam. ita etiam dicitur suscitaturus corpora mortuorum secundum humanitatem. cum tamen virtute diuinitatis sit suscitaturus. non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur. quia in humanitate suscepit que est causa nostre resurrectionis id est passionem et resurrectionem. Ideo ei ascribitur secundum hominem suscitatio mortuorum. **Vnde aug.** per verbum filium dei fit animarum resurrectio. Per verbum factum in carne filium hominis fit corporum resurrectio. Itaque iudicat et suscitaturus corpora non pater sed filius secundum dispensationem humanitatis in qua minor pater est xpc in eo quod est filius dei. est vita que viuificat animas. In eo quod est filius hominis iudex. Ecce secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora et iudicaturus. Iudicaturus autem quia illa forma cunctis in iudicio apparebit. et suscitaturus. quia in eadem forma meritum et causam resurrectionis nostre suscepit. et quia secundum eandem formam vocem dabit qua mortui de monumentis resurgent et procedent. secundum quod deus est. viuificat animas. non pater tantum. quod non tantum pater vita est. sed et filius eius. et spiritus sanctus eadem vita est que pertinet ad animam non ad corpus. Corpore enim non sentit vitam sapientie. sed anima que illuminatur a lumine eterno. licet ergo xpc potentia diuinitatis viuificet animas et suscitetur corpora. et iudicet non otiose tamen et preter rationem ei secundum formam dei tribuitur viuificatio animarum. et secundum formam serui iudicium et resuscitatio corporum.

**De loco iudicij.**

**P**utant quidam dominum descensurum in valle iosaphat in iudicio eo quod ipse per iohannem prophetam sic loquitur. Congregabo omnes gentes et ducam eas in vallem iosaphat et disceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita reperi. hoc quidam pueriliter intelligunt quod in valle que est in latere montis oliueti descensurus sit dominus ad iudicium. quod friuolum est. quia non in terra. sed in spacio huiusmodi aeris sedebit contra locum motus oliueti ex quo ascendit. et sicut iohannes crisostomus dicit Angeli deferent ante eum signum crucis unde in euangelio. Veritas dicit et tunc apparebit signum filij hominis etc. **Iosaphat** autem interpretatur iudicium domini. In valle ergo iosaphat id est iudicij domini congregabuntur omnes impii. Iusti vero non descendent in vallem iudicij. id est damnationis. sed in nubibus eleuabuntur obuiam christo

*Summa de his  
v. 1. c. 1.*

**De qualitate luminariū et temporis per  
iudicium**

**Q**uoniam emente autem ad iudicium domino in fortitudine et potestate magna sol et luna dicuntur obscurari. non sui luminis priuatione. sed superueniente maioris luminis claritate. Virtutes quoque celorum id est angeli dicuntur moueri. non metu damnationis vel aliquo perturbatione pauoris. sed quadam admiratione eorum que viderint. unde iob. **Columnne celi** pauent aduentum eius. Ante diem vero iudicij sol et luna eclipsim patientur. Sicut iohannes testatur dicens. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem antequam veniet dies domini magnus et horribilis. Magnus vero dicitur propter magna que ibi fient. Cum autem fuerit factum celum nouum et terra noua. tunc erit lux lune sicut lux solis tunc stante isaiam et lux solis septemplex est id est sicut lux septem dierum. quia quantum luxit sol in prima conditione septem dierum

*cap. 22  
luc. 18  
iob. 2.*

ante peccatum primi hominis tantum  
 lucebit post iudicium. **M**ozata em fu  
 it lux solis & lune aliorumq; siderum p  
 peccatum primi hominis. sed tunc reci  
 piet sol mercedem sui laboris. quia sep  
 templiter lucebit. & tunc non erit vicif  
 situdo diei & noctis/ sed tantu dies. **V**n  
 de zacharias. **E**t erit dies vna que nota  
 est domino non dies neq; nox. & in tem  
 pore vesperi erit lux. quia tunc non erit  
 varietas diei & noctis que modo e / sed  
 continua dies & lux. **I**saia tamen vide  
 tur dicere q; tunc no luceat sol vel luna  
 loquens congregationes beatorum/ non  
 erit tibi inquit amplius sol ad lucendu  
 per diem. nec splendor lune illuminabit  
 te/ sed erit tibi dominus in lucem sempi  
 ternam. **S**ed his verbis non negat sole  
 & lunam tunc lucere. sed significat his q  
 tunc erunt in eterna beatitudine nulluz  
 lucis usum prestare. quia vt ait iero. sus  
 per eundem locum. **C**eli terzeq; solis ac  
 q; lune vobis cessabit officium & erit ip  
 se dominus lumen suis imperpetuum.  
**P**otest etiam intelligi illud isape racoe  
 ea dictum. quia sol & luna tunc non hab  
 ebunt ortum & occasum sicut nunc. **V**n  
 de isidorus illud isaie quasi expones ait  
 post iudicium sol laboris sui mercedem  
 suscipiet. vnde pphetia lucebit septempli  
 citer & n̄ veniet ad occasum. nec sol nec  
 luna. sed i ordine quo creati sunt stabu  
 ne impij in tormetis sub terza positi fru  
 antur luce eorum. vnde abacuc. sol & lu  
 na steterunt in ordine suo. **E**cce aperte  
 dicit solem & lunam tunc lucere. sed sta  
 biliter permanere vbi etiam significat i  
 fernum esse sub terza. **S**i vero queritur  
 quis sit vsus lucis solis & lune tunc fate  
 or me ignorare. quia in scripturis no me  
 mini me legisse.

**De differentia mansionu in celo & in in  
 ferno.**

**P**ost resurrectionem vero facto  
 vniuerso impletq; iudicio sus  
 os fines habebunt ciuitates due

vna xpi. alia dyaboli. vna bonorum. alte  
 ra malorum. vtraq; tamen angelorum &  
 hominum istis voluntas. illis facultas n̄  
 poterit esse peccandi vel vlla conditio  
 moriendi. **I**stis in eterna vita feliciter vi  
 uentibus. illis infeliciter in eterna morte  
 sine moriendi potestate durantibus. qm̄  
 vterq; sine fine sed in beatitudine isti.  
 alius alio prestabilis. **I**n miseria vero  
 illi alius alio tolerabilis permanebunt.  
**E**x his apparet q; sicut boni differenter  
 glorificabuntur. alij maius. alij minus.  
 ita & mali differenter in inferno punien  
 tur. **S**icut em̄ in domo patris. id est in  
 regno celorum mansiones multe sunt id  
 est premiorum differentie. ita & in gebē  
 na diuerse sunt mansiones id est suppli  
 ciorum differentie. **O**mnes tamen eterna  
 penam patientur. sicut omnes electi eu  
 dem habebunt denarium quem paterfa  
 milias dedit omnibus qui operati sunt i  
 vinea nomine denarij aliquid omnibus  
 electis commune intelligitur scilicet vita  
 eterna. deus ipse quo omnes fruuntur/ s;  
 impariter. **N**am sicut erit differens cla  
 rificatio corporum. ita differens gloria  
 erit animarum. **S**tella em̄ a stella id est  
 electus ab electo differt in claritate me  
 tis & corporis. **A**lij em̄ alijs vicinij cla  
 riusq; dei speciem contemplantur & ipsa  
 contemplantum differentia diuersitas ma  
 sionum vocatur. **D**omus ergo e vna id  
 est denarius est vnus. sed diuersitas est  
 ibi mansionum id est differentia clarita  
 tis. quia vnum e & summum bonum bea  
 titudo & vita omnium id e deus ipse. h̄o  
 bono omnes electi perfruuntur/ sed alij  
 alijs plenius. **P**erfruuntur vero vidēdo  
 per species. non per speculum in emigma  
 te. habere ergo vitam e videre vitam id  
 est cognoscere deum in specie. **V**nde ve  
 ritas ait in euangelio. hec e vita eterna  
 vt cognoscant te. & quem misisti hiesuz  
 xpm̄ esse vnum & solum verum deum. h̄o  
 est habere vitam id e cognoscere te/ no  
 est ipsa cognitio que tu es. sed p cogni  
 tionem habere bonu qd tu es id e vita.

*habet li. de. p. v. in. ad. p. p. v. m. d. d. p. m.*

*capitulum ad 2.*

*in alio de ad. p. v. in. ad. p. p. v. m. d. d. p. m.*

*h. de. p. v. in. ad. p. p. v. m. d. d. p. m.*

*h. de. p. v. in. ad. p. p. v. m. d. d. p. m.*

*h. de. p. v. in. ad. p. p. v. m. d. d. p. m.*

•

70 12

100 17

100 14

100 15

10 11

23

*h. de. p. v. in. ad. p. p. v. m. d. d. p. m.*

**Si omnes homines volunt esse beati**

**Q**let etiam queri de beatitudine utrum eaz omnes velint et sciant que sit vera beatitudo. de hoc aug. in. xij. li. de trinitate ita disserit. **O**ditu e cum capescende retinendeque beatitudinis voluntas vna sit omnium vñ tanta existat de ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum. non qd eam aliquis nolit. sed qd nō omnes eam noznt. **S**i em eam omnes noscerent. non ab alijs putaret esse in virtute animi. ab alijs i voluptate corporis. ab alijs atq; alijs alibi atq; alibi. **Q**uomodo ergo omnes amant quod nō omnes sciunt. **Q**uis potest amare qd nescit sicut supra disputauim. **C**ur ergo beatitudo amatur ab omnibus. nec tamen scitur ab omnibus an forte sciunt omnes que ipsa sit / sed non omnes sciunt vbi sit et inde contentio e. an forte falsum e qd pro vero posuim? **B**eate viuere omnes homines velle. **S**i enim beate viuere e. verbi gratia secundū animi virtutem viuere quomodo beate viuere vult qui hoc non vult. nonne verius diximus hō ille nō vult beate viuere qd nō vult scdm virtutē viuere qd solū est beate viuere. **N**ō gō oēs beate viuere volūt immo pauci hoc volunt / si non est beate viuere nisi secundum virtutem animi viuere qd multi volūt. **I**ta sane falsum erit. vñ nec ipse cicero dubitauit. ait em. **B**eati certe omnes esse volumus. absit vt hoc falsum esse dicam? **Q**uid ergo an dicendum erit / etiam si nihil aliud sit beate viuere qd secundum virtutē animi viuere. et tamen qui hoc non vult / beate viuere vult. **N**imis quidem hoc videtur absurdum. **T**ale em e ac si dicamus qui non vult viuere beate. beate vult viuere **I**stā repugnantia qd audiat. quis ferat **E**t tamen ad hanc contrudit necessitas si et omnes beate viuere velle verum est et nō omnes volunt sic viuere. quomodo solum viuuntur beate. **R**n illud ab his angustijs potuerit nos eruere. **S**i dicamus

nihil esse beate viuere nisi viuere scdm delectationem suam. et ideo falsum non esse qd omnes beate viuere velint. qd omnes ita volunt. vt quenq; delectat. **S**ed id quidem falsum e. **V**elle em qd non deceat. est esse miserimū. **N**ec tam miserū est non adipisci quod velit. qd adipisci velle qd non oportet. **Q**uis ita cecus sit vt dicat aliquem ideo beatum. quia viuunt vt vult. cum pfecto et si miser esset **O**mnis tamē esset. et si nihil eorum que perperā voluisset habere potuisset. **M**ala em voluntate vel sola miser quisq; efficitur. sed miserior cum desiderium male voluntatis impletur. **Q**uapropter quomam verum e qd omnes homines esse beati velint. idq; ardentissimo amore appetant. et ppter hoc cetera quecunq; appetunt. nec quisq; potest amare qd omnino quid vel quale sit nescit. nec potest nescire quid sit qd se velle scit. sequitur vt omnes beatam vitam sciant. **O**mnes autem beati habent qd volunt. qd nō omnes qui habent qd volunt continuo sine beati. **C**ontinuo autem miseri sunt qui vel non habent qd volunt / vel id habent qd non recte volunt. **B**eatus ergo non est. nisi qui et habet omnia que vult et nihil vult male. ille quippe beate viuunt qui viuunt vt vult. nec male aliquid vult. **C**um ergo ex his duobus constet beata vita licet in malis sit aliquis bonus. non tamen nisi finitis omnib; malis e beatus? **C**um ergo ex hac vita. qui i his miserijs fidelis et bonus est venerit ad beatam vitam. tunc erit vere quod nunc nullo modo eē potest. vt sic homo viuatur quomō vult. **N**on em ibi valet male viuere. aut volet aliquid qd deerit. aut deerit qd voluerit quidquid amabitur aderit nec desiderabitur quod non aderit. et omne quod ibi erit. bonum erit. et summus deus summum bonum erit. et qd est omnino beatissimum. ita semper fore certum erit. **B**eatos autem esse se velle omnium hominum e. beatos se esse velle omnes i corde suo vident. nec tamen omnium est

fides. qua ad beatitudinem peruenitur.

**¶** Si quid de deo cognoscit aliquis quod ibi non intelligant omnes

**S**olet etiam queri utrum aliquid de deo cognoscat aliquis magis meritis ut petrus. quod non cognoscat aliquis minus meritis. ut linus. Pluribus videtur quod omnia de deo ad beatitudinem spectantia omnes communiter electi cognoscant sed differenter. Nihil enim in deo noscibile maius digniusque videtur quam eum intelligere trinum et unum. Hoc autem omnes tunc per speciem cognoscent. Unde sequitur ut non sit aliquid beatitudinis pertinet incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa uidebunt quorum cognitio seruit beatitudini. sed in modo uidendi differrent. Alius enim alio magis. alius alio minus fulgebit.

**¶** De paritate gaudij

**S**olet etiam queri an in gaudio dispares sint. sicut in claritate cognitionis differunt. De hoc **aug.** ait. Dulce mansiones in una domo erunt. sed varie premiorum dignitates. Sed ubi deus erit omnia in omnibus erit. etiam in dispari claritate. par gaudium ut quod habebunt singuli commune sit omnibus. quia etiam gloria capitis omnium erit per vinculum caritatis. Ex his datur intelligi quod par gaudium omnes habebunt. et si disparem cognitionis claritatem. et per caritatem que in singulis erit perfecta. tantum quisque gaudebit de bono alterius. quantum gauderet si in seipso haberet. sed si par erit cunctorum gaudium. videtur quod par sit omnium beatitudo. quod constat omnino non esse. Ad quod dicitur potest quod beatitudo par esset si ita esset par gaudium. ut etiam par esset cognitio. sed quia hoc non erit non faciet paritas gaudij paritatem beatitudinis.

dimis. potest etiam sic accipi par gaudium. ut non referatur paritas ad intentionem affectionis gaudentium. sed ad vniuersitatem rerum de quibus gaudebitur quod de omni re unde gaudebit vnde gaudebunt omnes.

**¶** Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium

**P**ost hoc queri solet si beatitudo sanctorum maior sit futura post iudicium quam interim sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiorem gloriam post iudicium quam antequam et maius erit gaudium eorum ut supra testatus est **aug.** et amplius erit eorum cognitio. Unde **iero.** Deracto iudicio ampliozem gloriam sue claritatis deus demonstrabit electis. Si que mouet quod opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere si eis potest sine corporibus summa beatitudo preberi difficilis questio est. nec potest a nobis perfecte diffiniri. sed tamen dubium non est et raptam ad carnis sensibus hominis mentem et post mortem ipsa carne deposita. nec sic videre posse incommutabilem substantiam sicut sancti angeli uident siue alia latentiore causa. siue ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus amministrandi quo retardatur quodammodo. ne tota intentione pergat in illud summum celum donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus cuius sit difficilis et grauis administratio sicut hec caro que corrumpit. multo magis aueritur mens ab illa uisione summi celi. Proinde cum hoc corpus iam non animale sed spirituale receperit equata angelis habebit perfectum nature sue modum obediens et imperans uiuificata. et uiuificans tam ineffabili facultate ut sit ei glorie quod fuit sarcine

**¶** Si mali in inferno peccabunt

*Handwritten marginal note in Latin script at the bottom left of the page.*

*Handwritten marginal notes in Latin script on the right side of the page, including 'Vnde iero. Deracto iudicio' and 'Si que mouet quod opus sit spiritibus'.*



Sio y ma

non qm adinuomaz actus  
per qm adinuomaz culpa

De illa qm dicitur in iudicio  
sunt iam in malis

Sicut dicitur in 26

**H**ic oritur questio ex premis-  
ducens originem. <sup>Sicut</sup> Supra enim  
augustinus loquens de malis in  
inferno damnatis. et bonis in celo glozi-  
ficatis dixit. qd nec bonis voluntas. nec  
malis facultas esse peccandi poterit. et  
de bonis quidem constat. sed de malis a  
quibus voluntatem malam non remouet  
queritur. quomodo sit verum eos non pos-  
se peccare immo quomodo verum sit eos non  
peccare cum malam habeant voluntatem  
Quidam autem illam malam volun-  
tatem non esse peccatum sed supplicium  
tantum. Alij vero peccatum esse fatent.  
sed per illud eos non mereri aliquam penam  
quia non est ibi locus merendi. Illud ergo  
peccatum dicunt non esse meritum  
supplicij sed supplicij mali meriti quod  
in hac vita precessit. De hoc autem augu-  
stinus dicit. Tempus acquirendi vitam eternam  
in hac tantum vita deus hominibus de-  
dit ubi voluit etiam penitentiam esse fru-  
ctuosam. Ideo hic penitentia fructuosa  
est. quia potest hic homo deposita nequi-  
cia bene viuere. et mutata voluntate me-  
rita simul operari. et ea gerere  
que deo placeant quod qui in hac vita non  
fecerit habebit quidem penitentiam in  
futuro seculo de malis suis. sed indulgentiam  
in conspectu domini non inueniet.  
quia et si erit ibi stimulus penitentiam  
tamen nulla ibi erit correctio voluntatis  
R talibus enim ita culpabitur iniquitas  
sua ut nullatenus ab eis possit vel diligi  
vel desiderari iusticia. Voluntas enim eo-  
rum talis erit ut habeat in se semper ma-  
lignitatis sue supplicium. nunquam tamen re-  
cipere possit bonitatis affectum. quia si-  
cut illi qui cum christo regnabunt nullas in se  
male voluntatis reliquias habebunt. ita  
illi qui erunt in supplicio eterni ignis cum  
dyabolo et angelis eius deputati sicut  
nullam habebunt ulterius requiem. sic bo-  
nam nullatenus poterunt habere. et si-  
cut coheredibus christi dabitur perfectio  
gratie ad eternam gloriam. ita conforti-  
bus dyaboli cumulabit ipsa malignitas

hic qd si in malis qd in inferno  
tunc vis non veniet deus in inferno  
ut dicitur in iudicio per qd mundus  
est factus laudis

penam quando exterioribus deputati tes-  
nebris nullo illustrabuntur interiori lu-  
mine veritatis. Ex his apparet reprobos  
in inferno penitentiam sic gesturos ut  
per eam pravam voluntatem non deserant  
et illa maligna voluntas erit eis ad cumu-  
lum pene. per quam tamen non merebunt  
quod nullus mereat nisi in hac vita.

**Quare dicuntur tenebre exteriores.**

**H**ic queri potest quare ille tene-  
bre quibus involuentur mali. in  
gehenna dicuntur exteriores.  
quod tunc mali penitus extra lucem corpo-  
ralem et spiritualem saltem domini erunt  
Nunc enim et si patientur tenebras in ceci-  
tate mentis non tamen penitus extra lu-  
cem dei sunt. nec eorum luce privantur  
De hoc augustinus sic ait. Ira dei et in iudicio  
erit. et hoc est in cecitate mentis cum da-  
tur mali in reprobum sensum. Ibi exte-  
riores tenebre erunt. quia tunc peccato-  
res penitus erunt extra deum. Quid est  
enim penitus esse extra deum nisi esse in su-  
ma cecitate. Siquidem habitat deus lu-  
cem inaccessibilem. hec autem tenebre  
hic iam incipiunt in peccante cum ab in-  
teriori dei luce secluditur. sed non peni-  
tus dum in hac vita est. Ecce quare ibi  
peccator dicit pati exteriores tenebras.  
et non hic. quia ibi secludetur penitus a  
luce dei quod non hic. Sed quomodo in-  
telligenda est illa seclusio. an quia non vi-  
debunt deum per speciem. Sicut nec ali-  
quis videt hic deum per speciem. an per  
dissimilitudinem quam facit peccatum  
inter deum et hominem. Sic et hic mul-  
ti per graua peccata elongantur a deo  
an quia deum oderunt ita ut velint eum  
non esse. Sed et hic multi deum oderunt  
de quibus scriptum est. Superbia eorum  
qui te oderunt ascendit semper. Que est  
ergo illa elongatio. Sane exteriores te-  
nebre intelligi possunt quedam maligni-  
tas odij et voluntatis. que tunc excrescet  
in mentibus reproborum et quedam obliuio

Deum peccat qd in inferno  
et sic dicitur qd in inferno  
paratus dicitur p

magis prophecia

2a

in inferno

1a

2a

Sala

Dei. quia tormentorum interiorum et exteriorum doloribus adeo afficiuntur et turbantur ut ab illis ad cogitandum aliquid de deo vix vel raro vel nunquam mentem reuocent. Ut qui nimio premuntur pondere adeo stupescunt et turbantur ut interim in alia cogitatione non extendant sed illuc tendit impetus cogitationis, ubi sentitur vis doloris. Sed in hac vita nullus adeo malus est. ut penitus secludat a cogitatione dei. qui nec dum perdit appetitum beatitudinis et quendam bonam amorem quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem exteriores et profundissimas tenebras reprobos prope furios post iudicium. dicit augustinus. opponens de illo diuite qui in inferno positus eleuans oculos vidit abraham. et in sinu eius lazarus cuius compatione coactus est confiteri mala sua usque adeo ut et fratres eius roget. ab his premoneri. quod ante iudicium factum legitur. sed post iudicium in profundioribus tenebris erunt impij ut nullam dei lucem videbunt cui confiteantur.

**De animabus damnatorum si quam habent noticiam eorum que hic fiunt.**

**P**roterea queri solet si reproborum anime que nunc in inferno cruciantur noticiam habent eorum que circa suos in hac vita gerunt. et si aliquo modo doleant super infortunijs suorum carorum. Hanc questionem augustinus. commentat ex parte eam explicans. ex parte vero insolutam relinquens. Dicit enim. queret aliquis an ullus dolor tangat mortuos de his que in suis post mortem contingunt. vel quomodo ea que circa nos aguntur nouerint spiritus defunctorum. Cui respondeo magnam esse questionem nec in presenti differendam. Veruntamen breuiter dici potest quod est cura mortuis de suis caris ut de diuite legitur qui dum tormenta apud inferos pateretur. leuauit oculos ad abraham. et inter alia dixit. Habeo enim quinque fratres ut testetur il-

lis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Habent enim mortui curam de viuis quos sciunt viuere. quod nec in locis penarum vident eos. ubi diues sine fratribus erat. nec in requie beatorum ut lazarus et abraham quamuis longe agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire que circa caros suos aguntur hic. vel leta vel tristia.

**Quomodo accipienda sunt que de lazaro et diuite leguntur**

**S**i quis autem querat quomodo intelligatur quod de lazaro et diuite legitur. audiat augustinum respondens dicens. Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri cum sint sine corpore. non deerunt qui faueant et diuitem sumentem in loco corporali fuisse contendant. ipsamque animam corpoream preparasse linguam. et stillam de lazari digito cupisse. Sed melius est dubitare de occultis quam litigare de incertis diuitem in supplicio. pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur diuitis lingua. digitus lazari. flamma inferni. sinus abrahe. et huiusmodi. vix a mansuetis / a contentiosis minus inueniuntur.

**Si se vident boni et mali.**

**Q**ueri etiam solet utrum vicissim se videant illi qui sunt in inferno et illi qui sunt in gloria. sicut sancti tradunt et boni malos. et mali bonos vident usque ad iudicium. Post iudicium vero boni videbunt malos. sed non mali bonos. unde gregorius. Infideles in imo positi ante diem iudicii fideles super se in requie attendunt. quorum gaudia post contemplari non possunt.

**De chaos inter bonos et malos**

*per p[ro]p[ri]os d[omi]nos  
sunt in inferno  
sua corp[ora]*

*Aug[ustinus] p[ro]p[ri]os d[omi]nos l[ib]ro 12*

*et sic videt d[omi]nos in anima  
separata h[ab]ere linguam et si ip[s]e  
dicitur ad p[ro]p[ri]os d[omi]nos in inferno  
h[ab]ere d[omi]nos in inferno  
d[omi]nos in inferno  
d[omi]nos in inferno*

**E**d cum sancti malos in tormen-  
tis videant nōne aliqua cōpassio-  
ne erga eos mouent. Nonne eos  
de tormentis liberari cupiunt. Recole  
illud euangēlicū qđ abrahā dicit re-  
spondit. Inter nos et vos chaos magnū  
firmatum ē. vt hij qui volunt hinc transi-  
re ad vos nō possunt. neq; inde huc trās-  
meare. Quid ē illud chaos inter bonos  
et malos. nisi hic iusticia. inde iniquitas  
que nullatenus sociari valent. Ideo em̄  
sancti dei iusticie addicti sūt. vt nulla cō-  
passione ad reprobos transire valeant.  
et nulla p̄ eis inter sanctos fiat interces-  
sio. Quomō ergo inde volūt aliqui tran-  
sire ad illos. sed non possunt. quia si dei  
iusticia admitteret non fieret eis mole-  
sta liberatio eorū. vel ita dicunt se velle  
et non posse. non qđ velint et non possunt.  
sed quia et si velint non possunt eos iu-  
uare. De hoc ita greg. ait. Sicut rep̄bi  
a penis ad gloriā sanctorum transire vo-  
lunt. et nō possunt. ita et iusti p̄ misericor-  
diam mēte ire volunt ad positos in tor-  
mentis vt eos liberent. sed non possunt.  
qđ iustorū anime et si nature sue bonita-  
te misericordiam habent iam tūc aucto-  
ris sui iusticie diuincte. tant a rectitudine  
constringunt vt nulla ad reprobos com-  
passione moueantur

**V**isa impiorum pena non minuit bea-  
torum gloriā.

**O**stremo queritur. an pena rep-  
borum visa decoloret gloriā  
beatorū. an eorū beatitudini p̄-  
ficiat. De hoc ita greg. ait. Apud animū  
iustorum non obfuscat beatitudinē aspe-  
cta pena reprobū. qđ iam vbi cōpassio  
miserie non erit. minuere beatorū leticiā  
nō valebit. et licet iustis sua gaudia suf-  
ficient. ad maiorē tamen gloriā vident  
penas malorū quas p̄ gratiam euaserūt  
qđ qui dei claritatem vident nil in crea-  
tura agitur qđ videre non possint. Non  
ē autem mirandū si sancti iam immorta-

*De videri sua se sua p̄ h̄  
dicit spondit suscipit si deus  
vult. et uelat in acta t̄ l̄  
dicit dicit qđ p̄mit ad h̄  
actū. et c. de beatitud.*

les reprobos videant mentis intelligētia  
cum p̄phete mortales adhuc videre hec  
omnia meruerūt. Egre dient ergo electi  
nō loco. sed intelligētia. vel visione ma-  
nifesta ad videndū impiorum cruciatus  
quos videntes non dolore afficiēnt. sed  
leticia saturabunt. agētēs gratias de sua  
liberatione. visa impiorū ineffabili cala-  
mitate. Vnde isayas impiorū tormenta  
describens et ex eorum visione leticiā bo-  
norum exprimens ait. Egre dient electi  
sc̄ et videbunt cadauera viroꝝ qui p̄-  
uaricati sunt in me. Vermis eorū non mo-  
rietur. et ignis non extinguet. et erunt vs-  
q; ad facietatē visionis omni carni id ē  
electis. Letabitur em̄ iustus cum viderit

vindictam.  
**D**ec de pedibus sedentis super solū ex-  
cellsum quos seraphim duabus alis vela-  
bant. scriptorū et si non auditori cōme-  
morasse sufficit qui a facie exorsus sedē-  
tis per media ad pedes vsq; via duce p̄-  
uenit.

**E**xPLICIT liber sententiarum.

